



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [1] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [2] · ·



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [3] · ·



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [4] - -

18

SAMUELIS FRIDERICI
Willenberg,
J.U.D. Ejusdem ac Historiarum Prof. Publ.
Gedanensis & Athenæi Inspectoris,

DE

METU REVERENTIALI,

Germ.

Ehrfurcht.

GEDANI ET LIPSIÆ.

Impensis JO. MART. BURGKMANNI,
IN COLLEGIO PAULINO M. DCC XII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41:Leibn. Marg. 41, Stück 18, [5] · ·

SAMUELIS FRIDERICI

Pufendorfii,

I.U.D. Elucidemiarum Historiarum Prof. Publ.

Dissertationis de Actionum Pactorum

DE

METU REVE-

RENTIALI,

Gentil.

Particula.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [6] · ·

I. N. J.

CAP. I.

De Metus Reverentialis Definitione Nominali & Reali.

I.

NObis de Metu Reverentiali hoc loco acturis non frustra dictum esse videtur, qvod Cicero *de Offic. Lib. 1.* verbis hisce profert: *Omnis qvæ a ratione suscipitur de aliqva re institutio, debet a definitione proficisci, ut intelligatur qvid sit id, de qvo disputatur.* Duo vero definienda occurrunt, voces & res. Illæ ut res ipsæ ab ambiguitate liberentur, hæ ut recto sensu sistatur id, de qvo agi debet. Qvamvis vero studium vocum parce satis commendet, qvinimo improbet magnus Hugo Grotius *de J. B. & P. L. 2. c 20. §. 23.* vix tamen ejus sententia calculum meretur, nisi accipiatur de casu, ubi neglectis rebus in solas voces omne studium collocatur. Alias ut convenienter res ipsæ describantur, in voces qvoqve & nomina aliqva cura est impendenda, qvæ illarum tam indolem qvam discrimen argute sæpius exhibent. A nobis itaqve ut hoc qvoqve observetur, rei, de qva sumus acturi, præstantia exigere videtur.

Votum studium commendatur.

II. Primum *Metus* vocabulum in Rubrica nostra se sistit, qvod a verbo metuere proculdubio descendit, qvod idem est ac timere, periculum exspectare, qvo sensu Cicero isto verbo utitur *Lib. 10. ad Attic. Ep. 4. Jacet in mœrore meus frater, neqve tam de sua qvam de mea metuit.* Et *Lib. 6. ad Famil. Ep. 4. Plus est in metuendo mali, qvam in illo ipso qvod timetur.* Alii hanc vocem derivant παρὰ τὸ μετίσναι pro μεθίσναι dimittere

Etymon vocis metus.

tere, remittere, negligere, missum facere, qvia animus dimittitur ab exspectatione futuri mali, & constantia propterea amittitur Scaliger *de Subtilitat. Exerc. 312.* Voss. *Instit. Orat. Lib. 2. c. 6.* qvo alluditur ad affectum qvendam ex metu venientem, qvi animum abjicere potest. Citra omnem vero Philologorum subtilitatem, Metum, Timorem, Formidinem, Pavorem, Terrorem pro synonymicis vocabulis valere putamus vid. Cic. *Tuscul. qvæst. Lib. 4. n. 14. 15. 19.* & sine ulla in voces religione hic illa pro Synonymis accipiemus, certi qvod passim in Jure Romano ita qvoqve accipiantur *L. 2. C. Qvor. appell. non recip. L. 2. C. de his qvi per met. jud. non appell. L. 3. §. 1. ff. Qvod met. caus.*

Ejus Synonym.

Etymon vocis Reverentialis.

III. Junctum in Rubro nostro reperitur vocabulum *Reverentialis*, qvod a compositione particulæ *Re* & verbi *Vereri* natales suos videt. Revereri vero idem qvod simplex verbum vereri significat, nempe Scheu tragen / sich scheuen / Ehre erzeigen / nam ita Ciceroni mos est loqvendi *Lib. 2. de Invent. c. 22. Revereri & colere dignitate antecedentes.* Et Terentius *in Hecyr. act. 3. Sc. 1. v. 10.* inqvit *Adventum tuum Pamphile ambas scio reverituras.* Ab hoc deponenti formatur Substantivum *Reverentia* Ehre oder Scheu / & Adjectivum *Reverens*, pro eo qvi honorem defert, item *Reverendus* pro honorato & sic qvoqve *Reverentialis.* In strictiori autem sensu substantivum Reverentia his supponimus pro pudore, observantia, honore, cui hinc consonant voces Honor. *L. 7. §. 5. ff. de Obseqvio parent. & patron. præstand. Nov. 78. c. 2. pr.* Obseqvium *L. 9. §. 3 ff de Offic. Proconf. L. 2. ff. de Rejud.* Pietas *t. t. ff. de Obseqv. Parent. & Patron.* ac Observantia Liv. *Lib. 1. Histor.*

Synonyma vocis Reverentiæ.

Qvid Metus?

IV. Hæc sufficiant de definitione Nominali. Realiter Metum definit Philosophus *Lib. 2. Rhetor. 5.* qvod sit: *Dolor qvidam*

qvidam ac perturbatio ex opinione impendentis mali, qvod vel pernitiem vel moleſtiam afferre poſſit. JCtus hanc definitionem ſuppeditat: *Metus eſt trepidatio mentis, inſtantis vel futuri periculi cauſa L. 1. ff. Qvod met. cauſ.* Ad qvam Commentatores adjiciunt: Metum Tenebrationem dici, qvia menti tenebras offundit, actiones conturbat, & rectum ſenſum ac rationis uſum impedit, imaginatione futuri vel inſtantis mali.

V. Aliter vero Ethici & aliter JCti metum diſtingvere ſolent. Illi metum dividunt in *Naturalem* ſeu commu- nem, qvi communis eſt omnibus animantibus & naſcitur ex opinione & apprehenſione mali naturæ repugnantis, qvalem cauſatur mors, tormentum, fames &c. & *Rationalem* ſeu proprium, qvi eſt proprius homini ex opinione mali contriſtativi, uti eſt Timor infamiæ, paupertatis, orbitatis &c. Hi duas formant diviſiones, qvarum prior generalis eſt, qva metus diſtingvitur in *Vanum* ſeu minus probabilem, & *Juſtum* qvi cadit in virum conſtantem *L. 5. 6. & 7. ff. Qvod met. cauſ.* Poſterior eſt ſpecialis cujus ſpecies ſunt 1. Metus *Concuſſionis* qvi per minas infertur 2. *Impreſſionis* qvi etiam metus facti dicitur, cum actu interveniant verbera, carcer, armata manus, aliaqve qvæ ſunt atrocioris facti. 3. *Compulſivus* Potentiæ publicæ, ita dictus, qvod metum incutiens ſit vir potens in Republ. & ſuperior Dominus terræ. 4. *Reverentialis* ſeu potentiæ ſine autoritate publica, qvem in patrem habent liberi, in maritum uxor. 5. *Perfidiæ*, qvando perfidiæ timore aliqvid datur, v. gr. ab ægrotante Medico, qvem timet, ne perfide medeatur, vel Advocato a Cliente, qvi niſi daret Advocati veretur perfidiam vid. plur. Illuſtr. Dn. de Rhetz. *Vol. 2. Diſp. Select. Diſſ. de Metu ejusqve Operat. in jure cap. 1. n. 6. ſeqq.* Hahn *ad Weſenb. tit. Qvod met. cauſ. n. 2.*

Diviſio metus alia Ethicorum.

Alia JCtorum.

Sedes Metus Reverentialis.

VI. Nobis, missis reliqvis hic recensitis speciebus, solum de Metu Reverentiali disqvisitionem juridicam instituere, animus sedet qvem fundatum reperimus in *L. 6. C. de his qva vi metusve causa gesta sunt* ubi hæc verba leguntur: *Ad invidiam alicui nocere nullam dignitatem oportet, unde intelligis, qvod ad metum arguendum, per qvem dicis initum esse contractum, senatoria dignitas adversarii tui sola non est idonea.* De eodem specie profertur in *in L. 8. C. d. t.* Et Labeo eundem considerat tanqvam insufficientem causam in furtum passo ad excludendam actionem furti in *L. 91. in f. ff. de Furt.* his verbis: *Et hoc modo Patronus qvoqve Liberto, & is cui magna verecundia ei, qvem in præsentia pudor ad resistendum impedit, furtum facere solet.* Ita Celsus JCtus ad illum respicit, qvando in *L. 22. ff. de R. N.* decidit, si Parens filium per metum reverentialem eo adegisset, ut hanc uxorem duceret, qvam non duxisset si sui arbitrii fuisset, pro vero matrimonium hoc habendum esse. Ejus verba sunt seqventia: *Si patre cogente ducit uxorem, qvam non duceret, si sui arbitrii esset, contraxit tamen matrimonium, qvod inter invitos non contrahitur, maluisse hoc videtur.* Et de hoc metu legitur *L. 1. §. 6. in f. ff. Qvar. rer. act. non dat*, his verbis: *Tamen causa cognita, si liqvido appareat libertum metu solo, vel nimia Patrono Reverentia ita se subjecisse, ut vel pœnali qvadam stipulatione se subjiceret.* Nec obscure etiam hic metus in Jure Canonico fundatus reperitur, de qvo exstat *c. 11. X. de Desponsat. Impuber.* ubi metus reverentialis filiæ erga parentes allegatus dicitur non causari refciſſionem sponsaliorum, nisi probet minas parentum accessisse, & illis compulsam in domum sponsi perveniſſe.

Definitio M. R.

VII. Hunc Metum Reverentialem definit Dn. Ferdin. Christoph. Harprecht *Consil. Tubing. 53. n. 124.* qvod sit Metus

ex:

ex qvo qvis Superiori non ita libere resistere audet. Joh. Strauch *in Jure Justin. Dissert. 2. §. 23.* illum vocat: *Obsequium reverentiale erga Patrem vel superiorem, a qvo omnis abest atrocitas.* Nos paulo copiosius ejus definitionem considerantes eam ita formamus, qvod sit: METUS EX REVERENTIA ALTERI DEBITA PROVENIENS, QVAM, NISI ITA AGIMUS AUT VOLUMUS, LÆDERE, ET IN NOS REDUNDATURA MALA AUT INDIGNATIONEM VEREMUR, LIBERAS ACTIONES NOSTRAS IMPEDIENS, QVIQVE PLERUMQVE IN DAMNUM NOSTRUM CEDIT. Dici potest germanice **Ehrfurcht/ Furcht aus Scheu gegen jemanden.** Causa efficiens hujus metus est Reverentia, Verecundia; Pudor erga aliqvem Dn. Harprecht *d. C. n. 125.* ex qvibus meticulosus duo sibi imminentia mala imaginatur, alterum qvod venit ex neglecta reverentia erga superiorem, alterum vero qvod ex actu gesto vel omisso observata reverentia incurrit. Unde necesse est unum horum malorum minus censeri qvam alterum, & id qvod minus est cedere teneri majori, qvod fit, qvando meticulosus eligit aliqvid facere vel omittere, ut servet erga alterum reverentiam, vel qvando postponere malit hanc reverentiam, ut liberius ex suo arbitrio agat. Qvoniam vero qvandoqve casus existere potest, qvod & M. R. sit pro alicujus commodo aut salute, usi fuimus in definitione verbo. *Plerumqve*, ad exemplum Imperatoris, qvi publica Judicia definit, qvod sint, in qvibus cuivis ex populo plerumq; accusatio datur, cum tamen qvædam crimina dentur, qvæ publice accusare non omnibus permittuntur *§. 1. J. de Publ. judic.*

Ejus explicatio

IIX. Si reverentia pro fundamento amorem agnosceret, aut conjuncta cum illo stare teneretur, vix statui posset dari metum reverentialem, qvia sic repugnantia qvædam esset in

Reverentiæ Timor non venit ex charitate.

materia. Est id qvod Johannes Apostolus *Epist. cap. 4. v. 18.* observavit, de qvo ejus verba sunt: *Metus non est in charitate, integra charitas foras ejicit metum: qvoniam metus cruciatum habet, qvi autem metuit, non est consummatus in charitate.* Verum negamus charitatem esse conjunctam reverentiæ, qvia Parentes amant qvidem liberos, Præceptor discipulos, sed tamen ex illa charitate nulla surgit reverentia erga eos. Charitatem inter virtutes, reverentiam vero inter officia referendam habemus, qvapropter distinctæ sunt, & distinctas habent causas. Possumus ad reverentiam obligati esse, ubi tamen in venerandum nullum habemus amorem, velut in durum Principem, in durum & malitiosum Parentem *Nov. 12. cap. 2.* proinde aliunde, qvam ex charitate reverentia proveniat necesse est, qvæ ipsa deinde metum gignit, ut timeamus mala in nos redundantia ab eo, cujus reverentiam postponimus.

CAPUT II.

De qvalitate Metus Reverentialis.

I.

Metu gesta valent sed sunt rescindenda.

QValitatem hujus metus ab oppositione alius metus, qvi liberis hominum actionibus impedimento est, omnium optime dignoscere poterimus. Inter causas, ob qvas Prætor concedit restitutionem in integrum, refertur qvoqve metus, qvo qvi compulsus ad aliqvid gerendum ex qvo læsus est, habet actionem vel exceptionem qvod metus causa, qva petit ut istud negotium autoritate Judiciis rescindatur, & declaretur, qvasi non contraxisset *L. 1. & 9. §. 8. ff. Qvod met. caus. §. 27. J. de Act. §. 2. J. de Except.* Etenim ea qvæ per vim & metum fiunt, non absolute spontanea dici possunt, qvia nisi necessitas urgeret, nemo talia faceret; invita tamen & violenta dici neqveunt, qvia cum electione qvadam majoris mali

mali vitandi gratia ſuſcipiuntur, hinc ex voluntario & invito mixta ſunt, in qvibus principium agendi eſt in ipſo agente, & vis externa movet voluntatem, ut aliqvis agat vel gerat qvid, qvod non acturus fuiſſet, ſi absqve illa vi fuiſſet. Hinc qvando ſupponitur hæc circumſtantia ſpontaneæ actionis in metu coacto, geſtum a ſe jure civili ſubſiſtit *L. 1. L. 21. §. 5. ff. d. t. L. 85. ff. de A. H. L. fin. C. de his qva vi met. cauſ.* æqvitate tamen Prætoris non ratum manet, ſed reſcinditur Franzk. *ad ff. tit. qvod met. cauſ. n. 3.* Struv. *S. J. C. Exerc. 8. th. 10.*

II. Ut vero metum paſſus impetret reſtitutionem in integrum, non omnis metus ſufficit, ſed præſens reqviritur, ita ut niſi hoc vel illud fiat, malum e veſtigio ſeqvatur *L. 9. pr. ff. Qvod. met. cauſ.* Deinde reqviritur, ut ſit juſtus, qvem leges ratione patientis approbarunt, ſcilicet talis qvi in conſtantiſſimum hominem cadere poteſt *L. 6. ff. d. t.* dum continet ſalutis periculum vel corporis cruciatum *L. 13. C. de Tranſact.* ut eſt mortis *L. 3. §. 1. ff. L. 4. & 7. C. Qvod met. cauſ.* atrociorum verberum *L. 3. §. 1. ff. d. t.* ſtupri *L. 8. §. 2. ff. eod.* amiſſionis omnium vel plurium bonorum *c. 2. X. d. t.* ratione tamen habita aturæ hominum, dum qvidam aliis ſunt timidioret ut fœminæ, in qvibus etiam ob leviorem metum auxilium reſtitutionis indulgeri poteſt Müller. *ad Struv. Exerc. 8. th. 12. lit. β.* Zœſ. *ad ff. tit. Qvod met. cauſ. n. 20.* Præterea qvando adeſt juſtus metus, etiam reqviritur ut ab alio injuſta vi illatus ſit, conjunctim enim hæc duo reqviruntur ab inferente vis, & a patiente metus, nec unum horum ſufficit. *L. 9. pr. ff. d. t. L. 3. ff. Ex qvib. cauſ. maj.* Unde ſi qvis ipſe ſua culpa metum contrahit, reſtitutionis beneficium non impetrat, ſed non obſtante tali metu, ex ſuo promiſſo omnino obligatur, qvod exemplo a metu licito jure illato evincitur, qvando ab hoſte, injuſto bello capto metus infertur, ut pro ſua

Si modo ſit metus juſtus & ab alio illatus.

ſua perſona redemptionis pretium exſolvat. *L. 21. pr. ff. qvod. met. cauſ.*

Exempla M. R.

III. Ad qvalitatem Metus Reverentialis explicandam proderit in anteceſſum aliqvot ejus exempla notaſſe. Liberi ſunt, qvibus jus eſt agendi contra patrem ad exſolvendam legitimam a defuncta matre relictam & in bonis patris conſiſtentem, verum liberi timent patrem, & ne ejus indignationem incurrant ab actione familiæ erciſcundæ deſiſtunt. Sic ut conſulat Pater filiæ marito Sempronium ei offert, ſed filia aut nondum intendit nubere, aut non affectat Sempronium, conſentit tamen in eum, ne patrem offendat aut ad iram commoveat, qvod non tam ſponte qvam metu reverentiali agit. Fac: perſonam Magiſtratus ut vendam ædes meas perſvaſoria adhibere erga me, nulla ex illis ratio ſufficit, qvæ me ut venderem moveat, imo, dum ædes iſtæ commercio meo ſunt adaptatæ, video hanc venditionem nocivam mihi fore, nolo tamen ſpectabili iſti viro repulſam dare, & timeo autoritatem ejus, qvod data occaſione moleſtus mihi ſit futurus, illas itaqve vendo ei ex metu reverentiali *L. 6. & 8. C. de bis qvæ vi metusve cauſa.*

Nullum ille in jure effectum habet.

IV. Jam collatis utriusqve metus ſpeciebus, & juſti qvi erat mortis, & reverentialis, patet huic non ineſſe eam qvalitatem, qvæ in juſto metu deprehenditur, nam non cadit in virum conſtantiſſimum, nec ab alio infertur, ſed qvis ipſe eundem ob reverentiam erga alium ſibi cauſatur Lauterb. *Colleg. Theor. Pract. tit. Qvod. met cauſ. §. 15.* Conſeqvens itaqve eſt, Metum Reverentialem vanum eſſe metum, & in jure nullum effectum parere. Proinde negotium, qvod ex metu tali geſtum, ſubſiſtit ipſo jure, & læſus ex illo auxilia reſtitutionis non habet, ſed damna qvæ ſentit improbatæ ſuæ timiditati imputare debet *L. 7. pr. verſ. Proinde ff. Qvod. met.*

met. cauſ. L. 8. C. d. t. Perez. *ad Cod. d. t. n. 7.* Cothmann. *Lib. 3. Reſp. 14. n. 29.* Gail. *2. O. 93. n. 22.* Barboſa *in Theſaur. locupl. lib. 11. cap. 33. axiom. 7.* Brunn. *ad L. 6. C. de his qvæ vi metusv. n. 5.* Wiſſenbach. *ad ff. d. t. th. 13.* Zœſ. *ad X. d. t. n. 18.* Ac tanto minus, ſi negotium illud juratum fuerit, ad illud reſcindendum Metus Reverentialis ſufficit Hartm. Piſtor. *Lib. 4. qv. 6. n. 69.* Gail. *2. O. 47. n. 16.* Brunn. *Conſil. 89. n. 31. ſeq.*

Nec juxta negotia ex illo reſcinduntur.

V. Videri poſſet ex metu reverentiali contrahentem ſaltem ex pudore & reverentia teneri, ipſumqve cogi non poſſe ad implendum contractum, & hinc fruſtra dici, ipſo jure ſubſiſtere negotium, ceſſareqve reſtitutionis auxilia. Nam obligatio illa, qvæ ex pudore & honeſtate oritur, ſaltem minus plena ſeu imperfecta naturalis dicitur, ad qvam implendam nemo per judicem cogi poteſt, ſed prout incidit in probum & pudentem aut in improbum & impudentem hominem, rata ea aut irrita eſt *L. 22. §. 11. ff. d. hered. pet. L. 5. §. 15. ff. de Donat. int. V. & U.* Magnif. Dn. Hoppe *Comment. ad Inſt. tit. de Oblig. p. 681.* Verum re penitius inſpecta, non apparet ullo caſu intercedere illam imperfectam naturalem obligationem, ſive ſupponam9 ex metu reverentiali aliqvid geſtum eſſe, ſive aliqvid omiſſum. Si enim illud, v. gr. rogat me Cajus, qvem veneror & colo, ut pro ipſo fide jubeam, fidejubeo qvoqve ſed poſtea ſolvere recuſo, qvia ex metu reverentiali petitam fidejuſſionem declinare non potui, & in hoc caſu diſtingvi cauſam efficientem a contrariis obligationis erit neceſſe. Fidejuſſionis illius cauſa non eſt pudor & reverentia, ſed ſtipulatio aut moribus hodiernis pactum. Certum vero eſt, obligationem ex ſtipulatione vel pacto deliberato initam non producere imperfectam naturalem obligationem, ſed mixtam i. e. naturalem & civilem, qvæ adeo efficax eſt, ut producat actionem & exactionem *pr. J. de O. & A. L. 3. C. de*

An ex M. Roriatur imperfecta naturalis obligatio? neg.

Neqve in caſu ubi aliqvid geſtum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41 Leibn. Marg. 41, Stück 18, [15] - 9

Neqve ubi aliqvid omissum salva manet actio post tempus Lege definitum.

Fide juss. Mev. *P. 5. Dec. 408.* Dn. Stryck. *in U. M. ff. tit. de Pact. §. 3.* Carpz. *P. 2. C. 19. D. 17.* Qvod cum ita sit, frustra jam erit statuere, in pudore & reverentia niti talem obligationem, sed hoc erit necesse despicere, anne ex metu reverentiali tanqvam ex suis contrariis obligatio illa ita contracta resolvi possit, ad qvod negative respondendum per §. *præced.* Si ex dicto metu qvid intermissum, qvod intermittenti nocet v. gr. Titius contra Superiorem non ausus est actionem competentem exercere, eam autem post tempus actioni datum vult instituere & contra exceptionem præscriptionis replicando allegat, sibi M. R. obstitisse, in qvæstionem venit, an obligatio alioqvin valida salva maneat, an vero sit extincta ob intermissum ejus exercitium ex metu reverentiali? distingvendum hoc casu erit an præter reverentiam adhuc aliud qvid impedivit actionem, v. g. patria aut maritalis potestas, an sola reverentia obstitit. Priori casu salva supereſt actio, non tamen ideo, qvia actor ex metu reverentiali non pulsavit ea suum debitorem, & ita ne id faceret imperfecte saltem obligatus fuit, sed qvia propter istam potestatem non potuit agere. Non autem agere valenti, nulla currit præscriptio; & in filio ac uxore juris impedimentum est, qvod contra Patrem & maritum durante patria & maritali potestate actionem impedit Carpz. *P. 2. C. 3. Def. 11. & lib. 1. Resp. 40.* In posteriori casu Replicatio M. R. nullo jure subsistit, sed actio ob negligentiam non agentis & temporis Lege definiti lapsum extincta est, cui resuscitandæ non sufficit minus plenam naturalem obligationem impedivisse ejus exercitium, ut, qvia in jure sine effectu illa est, sit in arbitrio jam excutientis reverentiam redire ad illud. Consequentia enim hæc infirmissima est.

VI. Ista

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [16] - 10

VI. Ista tamen qvæ in §. 4. proposita & communis est sententia regulariter accipitur de metu qvem ex mero obsequio reverentiali aliqvis attraxit. Unde istam limitant, & hunc metum ad actus rescissionem sufficere statuunt, si (1) ex nimia reverentia proveniat, qvam importunis precibus qvis sollicitat Matth. de Afflict. *Decis. Neapol. 69. n. 4.* Gail. *2. O. 117. n. 4.* Tholosan. *Syntagm. Jur. Univ. Lib. 41. cap. 14. n. 8.* (2) si concurrat facti atrocitas, ubi tale qvid intervenit, qvod merito alicui terrorem incutere potest, utpote si patet ob idipsum, de qvo agitur, verbis minatus fuerit aut percusserit filium Hartm. Pistor. *Lib. 2. qvæst. 13. n. 31.* Menoch. *Lib. 3. præsumt. 127.* Struv. *Synt. Jur. Civ. Exerc. 8. th. 13.* Meier. *Coll. Argent. tit. qvod. met. caus. §. 16.* (3) si cum metu hoc concurrat mana læsio, qvam qvis incursurus non fuisset, nisi reverentia obstitisset Mascard. *de Prob. Vol. 2. Concl. 1054. n. 28. seq.* Franzk. *ad ff. tit. qvod. met. caus. n. 12.* Lauterb. *d. l.* & (4) si persona hoc metu ad aliqvid in sui præjudicium gerendum impulsa sit nimis meticulosa. Sicut enim metus in genere consideratus pro qvalitate personæ est æstimandus, ita etiam hoc casu, nam minor in fœmina, qvam masculo sufficit, & inter mares qvoqve dissimilitudo reperitur, qvorum qvidam ob ætatem vel vitæ conditionem aliis existunt fortiores, aut timidiores. Hinc judicis erit pro suo arbitrio hoc qvoqve casu statuere, an persona sit talis, in qva metus Reverentalis magnam animi perturbationem causari possit Dn. Harprecht. *Consil. Tubing. 53. n. 43.* Brunnem. *ad d. L. 6. C. n. 5.* Barbosa *d. l.*

Limitatur in §. 4. proposita sententia 1.

2.

3.

4.

VII. Cæterum si has limitationes penitus inspiciamus, negari non potest, unum vel alterum dubium circa illas oboriri. Qvod enim primam & secundam attinet, merito dubitatur, an importunæ preces & minæ, M. R. per se ad effectum

Afferuntur dubia qvadam circa has limitationes.

ctum juris producendum invalidum, ut talem producat convalidare possint, qvæ tamen ipsæ ad justum metum constituendum non sufficiunt, si non capitales sint, & ab eo effusæ qvi minas solet exeqvi *L. 7. & 9. C. de his qva vi metusve caus.* Meier. *Colleg. Argent. d. l. §. 17.* Et si capitales sunt minæ, aut metus sit verberum atrociorum, haud inde metus veniens reverentialis erit, sed justus erit dicendus, qvi jam in constantem virum cadit, & ad producendam restitutionem efficax *L. 3. §. 1. ff. eod.* Ad tertiam limitationem videtur posse regeri, non tam reverentiali metu rescindi actum, qvam ob concurrentem magnam læsionem seu atrociſſimam, ut habet Lauterb. *l. c.* per qvam non alia qvam qvæ dimidiam justi pretii excedit intelligi potest. Qvæ enim infra hunc valorem est, & cum dolo non conjuncta, juris effectum non habet, ut rescindat negotium validum, utut hoc casu id putet Hartm. Pistor. *Lib. 4. qv. 6. n. 69.* Qvod si vero læsio sit ultra dimidiam justi pretii, huic, non metui reverentiali, tribuendum erit, qvod rescindatur negotium *L. 2. C. de Rescind. vend.* Qvarta deniqve limitatio in specie nostri metus nihil peculiare habet, sed id qvod est commune in omni metu *§. 2. h. cap.* Qvin si nimio pavori in persona valde meticulosa qvid tribuatur, iterum id erit propter alium metum, nempe naturalem timorem, & non propter metum reverentialem. Interim ne nimia scrupulositate vim omnem his limitationibus adimere videamur, sit penes alios judicium, qvantum momenti illis tribuendum. In casibus vero Judici oblatis, ejus erit pro suo prudenti arbitrio æstimare, an tantus sit M. R. ut ad aliqvem constituendum effectum in jure sufficiat Menoch. *de A. J. Q. Lib. 2. Cas. 136. n. 8.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [18] - 12

IIX. Qvoniam vero metus in genere consideratus, qvatenus ab alio incutitur, delictum est, ille regulariter præsumi non potest, licet constet de potentia contrahentis, cum hac probata non statim probata qvoqve sit impressio *L. fin. C. de his qvæ vi. met. caus.* sed erit probandus *L. 14. §. 3. ff. L. 2. C. eod. L. 13. C. de Transact.* & qvidem per testes aut juramentum si aliæ probationes deficiant Mascard. *de Prob. V. 2. Concl. 1054. seq.* Nic. Boer. *Decis. 101.* Harprecht. *Consil. Tubing. 53. n. 115.* Möller. *Semestr. lib. 3. cap. 29. n. 9.* Metus econtrario reverentialis præsumitur, & qvidem non saltem, ut volunt aliqvi, qvando minæ aut magna læsio interceserunt, sed etiam ob solum respectum erga Superiorem, si talis sit, qvi metum facile incutere potest Mascard. *Concl. 1054. n. 28. seq.* Menoch. *d. Cas. 136. n. 9.*

Metus alias debet probari.

Sed reverentialis præsumitur.

CAPUT III.
De Personis qvibus ad Reverentiam obligamur.

I.

HOmo nemini magis qvam DEO reverentiam debet, qvem non solum ex operibus suis, sed etiam secundum attributa sua agnoscit, qvod unus sit, perfectus infinitus, æternus, justus, omniscius, omnipotens &c. vid. Grot. *de Veritate Relig. Christianæ Lib. 1.* a qvo homo substantiam suam habet, cæteraqve omnia, qvæ in his terris ad vitæ sustentationem atqve fungenda munera, ad qvæ vocatus est, sunt necessaria *Jacobi I. 17. Sap. VII. 15. 16. Psalm. XIV. 1. Syracid. XVII. 11. seqq.* qvi soli etiam Deo æternam beatitudinem acceptum fert. *ad Ephes. II. 8 ad Tit. III. 5. 1. Petr. I. 5.* Qvorum omnium beneficiorum memor excelso & magnifico eorum Dato i omnino ad cultum reverentiæ obstrictum se tenet, & qvicqvid honoris

Reverentiam exhibere debemus Deo.

noris Majeſtati ejus convenire intelligit, flexa mente exhibet. Simul autem formidine qvadam Omnipotentiam ejus veretur, a qvo qvicqvid ſuum eſt, facile verti poteſt in nihilum. Nam ita ejus omnipotentiam & formidinem Propheta celebrat: *An me non venerabimini? dictum Jehovæ, an a facie mea non contremiſcetis? qvi diſpoſui arenam terminum mari, ſtatuto perpetuo, qvod non transgredietur, qvamvis incutiant ſe, non tamen prævalent, qvamvis fremant fluctus ejus, non tamen transgrediuntur illud Jerem. V. 22. 24. & X. 6. 7.* Et Pſalmiſta *Pſalm. LXXXIX. 8. 14. 15. Deus fortis eſt formidabilis in conſilio Sanctorum plurimum, & reverendus ſupra omnia, qvæ circumſtant eum.* Eqvidem Probis non alius eſt ille metus erga Deum qvam vere reverentialis, omnino & filialis. Nobis enim ita dictum eſt: *non accepiſſe nos Spiritum ſervitutis rurſum ad metum, ſed nos accepiſſe ſpiritum adoptionis, per qvem clamamus Abba i. e. Pater ad Rom. VIII. 15.* De hoc autem metu certi ſumus, qvod id omne, qvod ejus intuitu agitur vel omittitur non niſi juſtum eſſe poſſit, Deumqve nobis propitium conciliemus, qvando ex timore filiali eum veneramur & colimus.

Poſt Deum qvoqve ejus in his terris Vicariis.

II. In his terris inter homines ſupremi ſunt Principes, qvi dignitatem ſuam ex Dei gratia ſuſtinent. Nam cum Deus abſolutum imperium in omnes creaturas exerciturus ſit ad uſqve omnium ſeculorum finem, non tamen externo modo homines regere velit, ut qvidem hoc expedit humanæ naturæ, is deſignavit Imperatores, Reges ac Principes, ut vices ejus gerant. In qvo ſingularis Divinæ Providentiæ ſapientia apparet, qvod non unum univerſo Orbi præpoſuerit Imperantem, ſed inter plures eum diſtribuerit, ne unus ex alto faſtu inſurgeret, & ipſi Deo Principali ſuo ſe æqvalem exiſtimaret, potius ut omnes Principes agnoſcerent, qvod

qvod infra Deum ſint, qvem venerandum & timendum haberent æqve ac alii homines. Et hujus Divinæ Providentiæ veſtigia apparent apud Davidem *Pſalm. XXCII. 6. 7.* ubi hæc leguntur: *Ego dixi Dii eſtis, & filii Excelſi omnes: Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut unus de Principibus cadetis.* De conſtitutis autem Regibus in Sacro Codice hæc traduntur; *Per me Reges regnant & legum conditores decernunt juſta. Per me Principes imperant, & Potentes judicant terram Proverb. VIII. 15.* Et apud *Syracidem XVII. 14.* hæc inveniuntur: *Unicuiqve genti propoſuit Rectorem, ſed Iſrael portio ejus peculiaris facta eſt.* Nec prophani Scriptores hoc ſilent, qvi ſine adulatione principale faſtigium a Deo repetunt. Pliniusin *Panegyrico Trojani* hoc ſuo Principi inculcat in verbis: *Principem dat Deus, qvi erga omne hominum genus vice ſua fungitur.* Et Ægidius Romanus in Oratione, qvam Sorbonæ nomine ad Philippum Pulchrum Regem Galliæ habuit apud Æmyl. *Hiſtor. Gall. l. IIX. init. II.* verbis ſignificantiſſimis idem expendit: *Nomen Regium non in terris natum, excogitatumqve, ſed e cœlo dimiſſum mihi videri ſolet. Parens enim rerum Deus cum genus humanum condidiſſet, ſummum qvidem in illud Imperium Jusqve penes ſe retinuit, ſed ut mente in eum ſublimes ferremur, ut illum cupidius qværeremus, ut ſpe ut votis incenderemur: idcirco in terris palam ipſe degere, oculisqve interea noſtris obſervari nolnit: Regesqve inſtituit, qvi ejus vice munereqve fungerentur, qvorum ut qvisq. probitate, qvam proxime ad Deum Optimum Maximum accederet, ita veriſſime Rex vocitaretur.* Principes itaqve in his terris, qvo tam ſublimi ſplendore & faſtigio conſpiciuntur, omnino venerandi ſunt. Cui venerationi ſubſervit ex occulto qvædam veniens vis, qvæ eam in animis ſubditorum accendit & excitat, adeo ut & ex obſcuro in lucem ac ſplendorem pro-

productus Princeps ac purpura conspicuis, statim omnibus augustior & veneratione suscipiendus appareat. Joh. Frid. Hom. *de Civitate L. 2. cap. 1. §. 4. n. 5.*

Etiam Principibus tenuioris sortis.

III. Nihil attinet qva sorte Princeps trahatur. Nam etiam tenuior, in qvam conjectus est, eum Principem esse non impedit, & character & autoritas ejus manet eadem Dn. Becman. *Disp. de Pietate Subdit. erga Principem cap. 2. §. 3.* Hinc etiam post Principes statim collocamus Personis Magistratuum inferiorum, qvæ a Principibus cum imperio constituræ sunt, ut exeqvantur qvæ illi in legibus suis mandarunt, & re ipsa fiat, qvod Leges ad effectum perducere cupiunt. Sic Justinianus Imp. in *Nov. 161. præfat: Non tantum*, inqvit, *decenter leges ferre summo bono est, sed etiam sancita accurate custodire, & ad effectum deducere, transgressores q. competentibus pœnis subjicere. Qvæ enim legum erit utilitas, si in literis duntaxat consistant, non etiam per ipsa facta atqve opera subditis utilitatem de se probant add. Nov. 133. c. 4.* Ideo vero, qvia Magistratus cum imperio constituti, etiam publicæ personæ sunt, qvod de Miltiade advertit Nepos *in vita ejus cap. 8. n. 2.* qvi refert: *Miltiades multum in Imperiis Magistratibus q. versatus non videbatur posse esse privatus, præsertim cum consvetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur*, maximeq; qvia Divinæ constitutionis charactere æqve ac superiores insigniti reperiuntur, nam non est potestas nisi a Deo, & qvæ sunt potestates sunt a Deo ordinatæ *ad Rom. XIII. 1. 1. Petr. II. 13. 14.* Consequenter qvi subsunt illorum imperio, eos reverenter colere ac timere tenentur, tanqvam imaginem Divinæ potestatis.

Et Magistratibus inferioribus.

Ad reverentiam Parentibus liberi obligantur.

IV. Post Magistratus Reverentiæ debitum exsolvunt liberi Parentibus suis, a qvibus vitæ originem agnoscunt & educationis aliaqve innumera beneficia. Miserrima enim est infantis

infantis editi conditio cui pereundum foret, nisi statim prima cura parentum juvaretur Pufend. *de J. N. & G. L. 2. c. 2. §. 2. & Dissert. de Statu hom. natur. §. 4.* Posito vero qvod non per omnes ætates judicio & ea provisione Parentum Liberi indigeant, qva indigent tempore imperfecti judicii, qvia adepto maturiore intellectu ipsi suis actionibus consulere possunt, ut &, qvando sui juris facti, hanc facultatem agendi habeant, qvod ideo qvia parentes habent, actus eorum non possint reddi irriti, attamen pietatis & reverentiæ debitum semper manet firmum, qvia causa ejus scilicet generatio, propter qvam illud exigitur, perpetua est & tolli non potest *ad Ephes. VI. 1.* Grot. *de J. B. & P. L. 2. c. 5. §. 2. 3. 6. 10. ibique* Bœckler. *p. 154.* Æqva autem est ista pietas in Parentes, licet inæqvalis sit illorum potestas. Unde ad eandem matri exhibendam obligantur liberi, ad qvam præstandam patri renentur *L. 4. ff. de Curat. furios. L. 4. C. de P. P.* Clasen. *in Polit. L. 1. c. 3. §. 2.* Et liberi cujuscunqve sint conditionis, omnes tamen obligantur eandem reverentiam habere, nam nec milites, nec alius conditionis liberi eam recusare possunt, & contra facientes pro modo delicti puniendi sunt. Sic etiam JCtus respondet: *Si filius patrem aut matrem, qvos venerari oportet, contumeliis afficit, vel impias manus ei infert, Præfectus urbis delictum ad publicam pietatem pertinens pro modo ejus vindicat in L. 1. §. 1. ff. de Obseqviis Parent. & Patron præstand.*

Tam matri qvam patri.

Cujuscunqve sint liberi conditionis.

V. Respicit aliqvod imperium uxor, qvod marito datum est in ipsam tam a natura, qvæ vult ut semper debiliori fortior imperet *1. Petr. III. 7.* Aristot. *1. Polit. 12.* qvam a Deo, qvi voluntatem uxoris subjecit viro ut illi dominetur *Genes. III. 16. 1. Petr. III. 1. & 6. ad Ephes. V. 22. 23.* Illa qvoqve beneficia agnoscit, qvibus a marito honoratur, nam radiis ejus

Uxor marito ad eandem obligatur.

corruscat & splendorem suum a marito mutuat. *L. 10. C. de Nupt. Nov. 105. c. 1. pr.* conditionem ejus seqvitur, & honore ejus legitimatur ac nobilitatur *L. 3. in f. C. de Natural. lib. L. 8. & 12. ff. de Senat.* Carpz. *P. 3. C. 37. D. 2.* Dn. de Rhetz. *in Medit. Instit. Diss. 5. Sect. 25.* qvorum nihil vicissim ab uxore in maritum pervenit, nam nunqvam uxor nobilis virum ignobilem nobilitare potest, ut nec tantillum dignitatis ab illa consequatur maritus *L. 1. C. de Dignit.* Richter. *P. 3. Dec. 132. n. 6.* Præterea & domicilium & forum mariti consequitur, qvod etiam retinet post mortem ejus vidua *L. 19. & 65. ff. de Judic.* Struv. *in Syntagm. Jur. Civ. Ex. 9. th. 28.* Ex qvibus omnibus Uxor marito obligata est ad obsequia & reverentiam præstandam *L. un. §. 7. C. de R. U. A. L. 14. §. 1. ff. Solut. matrim.*

Et servus domino.

VI. Ob imperium herile & commoda qvæ servus a domino suo accipit, is huic vicissim ad omnem reverentiam obligatus est. Cum enim ob tenuiorem fortunam qvidam ad vitam sustinendam non sufficiant, iis tamen natura corporis vires concessit, ut ferre labores possint, melioris ductu ac imperio cedunt, & ut alimentorum, eorumqve qvæ ad vitam sunt necessaria sint certi, locupletioribus & solertioribus operas suas præstant vid. Busbeqvius *Ep. Legat. Turcic. 3. p. 119.* Hæcqve servitus plus commodi qvam acerbitatis habet, qvia subjectorum conservatio non illorum sed domini curæ est, qvi hujus non suo periculo vivunt.

Apud Romanos libertus Patrono debebat reverentiam.

VII. Apud Romanos, qvi servis suis dederat libertatem, in libertos seu manumissos acqvirebat Jus Patronatus, qvod Patrono illos obstringebat ad cultum & reverentiam, æqve talem qvalem liberi parentibus præstant, de qvibus exstat summa regula: *Liberto & filio semper honesta & sancta Persona Patris ac Patroni videri debet* L. 9. *ff. de Obseq. Parent. &*

Patron.

Patron. præstand. Illos proinde non possunt sine venia Prætoris in jus vocare L. 4. & 12. *ff. de in jus voc.* Non possunt contra eos actionem famosum movere, nec opponere talem exceptionem L. 2. & 5. §. 1. *ff. de obseqv. Parent. & Patron.* L. 11. *ff. de dol. mal.* nec ab illis exigere possunt juramentum calumniæ L. 7. §. 3. *ff. de Obseqv. Parent.* & si liberti sint Patronorum creditores, in solidum eos excutere neqveunt sed salvum ipsis est beneficium competentiæ *d.* L. 7. *pr.* & §. 1. qvorum omnium hæc ratio datur, qvod libertus a Patrono vitam civilem, ut filius a patre vitam naturalem accepit *arg.* L. 209. *ff. de R. J.*

VIII. Hodie vero cum nec servis nec manumissione utamur in foro nostro, etiam hoc jus Patronatus cesset oportet Dn. Schilter. *in Praxi Jur. Rom. in For. Germ. Exerc. 41. th. 37.* Sed ex Jure Canonico alio in sensu patet Jus Patronatus, qvod pro facultate accipitur præsentandi aliqvem ad munus vacans Ecclesiasticum, competitqve illis qvi templum fundarunt, dotarunt aut ædificarunt, & inter Protestantes etiamnum viget *t. t. X. de Jure Patronat.* Brunnem. *in Jure Eccles. lib. 2. c. 8.* Huber. *in Prælect. ad ff. tit. de Jure Patronat.* §. 3. Debetur tali Patrono a Clericis & Parochianis, illa reverentia, qvæ a filio debetur Parenti Lambertin. *de Jure Patronat. Qv. 1. art. 1. n. 14.* & in specie honor Processionis *c. 26. X. d. t. c. 25. C. 16. qv. 7.* qvem post diversas Dd. opiniones accipimus pro honorifico loco, qvi Patrono in Processionibus aliisqve actibus solennibus tribuendus, qvoniam cæteros merito antecedere debet, qvem stipendia meliora vel labor prolixior fecit anteire Ahasv. Fritsch, *de Jure Eccles. Tr. qvarto th. 4. n. 2.* Brunnem. *d. l.* §. 25. Schilter. *in Instit. Jur. Canon. Lib. 1. tit. 14.* §. 32. Ziegl. *ad Lancell. Lib. 1. Tit. 28.* §. 29.

Hodie debetur Patrono Ecclesiæ a Clericis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [25] - 19

Verbi Divini ministris ea qvoqve debetur.

IX. Huic Patrono surrogandi, si non præferendi, verbi Divini ministri, qvos ut Dei nuntios respicimus ad nuntiandum verbum ejus & dispensanda sacra mysteria. Propter officium eorum & curam animarum digni sunt omni honore, de qvo Paulus *1. ad Timoth. V. 17. Qvi bene præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qvi laborant in sermone & doctrina*, & Syracid. VII. 29. seq. *Ex toto animo tuo reverere dominum, & sacerdotes ipsius admirare, ex totis viribus dilige eum, qvi fecit te, & ne derelinqvas ministros ejus. Time dominum gloriaqve affice sacerdotem.* Hinc qvoqve Saul cum a Samuele Propheta verbis satis gravibus reprehenderetur, mitius tamen eum toleravit propter sacrum illum respectum, qvem habebat erga Samuelem Dei ministrum *1. Sam. XVI. 26. 28.*

Et Domino feudi a Vasallo.

X. Ad Vasallum ducimur, qvi etiam Beneficiarius Senioris sui appellatur, propter beneficium seu feudum ab eo acceptum, qvod est utile dominium rei sub lege fidelitatis concessum *1. F. 1. §. 2. & 4. 1. F. 14. pr.* Domino pro dato hoc beneficio nihil magis debetur qvam fidelitas, qvæ in exhibitione reverentiæ consistit, & promotione commodorum domini damnorumqve imminentium propulsione *2. F. 22. verb. salva reverentia 2. F. 23. ibi qvam humiliter qvam devote.* Itaqve qvantum fieri potest Dominum & honorem ejus Vasallus extollere, nec unqvam malum, qvantumvis verum, de eo loqvi debet, nec qvicqvam facere qvo Domini existimatio, dignitas vel status minuatur aut lædatur Gothofr. Anton. *de Jure feud. Disp. 7. th. 2. lit. a.* Struv. *Syntagm. Jur. feud. cap. 11. th. 3.* Ritterschus. *in Partit. Jur. feud. lib. 2. cap. 1. qv. 5. 6. & 7.* Eo nomine formula Juramenti, qvo sese Domino obligat, concipitur, qvod nunqvam in consilio vel facto esse velit qvo ille amittat honorem, qvem nunc habet, vel antea

tea habuit, & si sciverit vel audiverit de aliqvo, qvi velit contra facere, pro posse suo impedimentum præstiturus sit 2. F. 7. Et hoc reverentiæ debitum non saltem exhibendum est Domino durante nexu feudali, sed qvoqve eo extincto per refutationem seu abdicationem feudi. Ob memoriam enim pristinæ necessitudinis & amicitiæ prioris, cujus reliqviæ durare videntur, etiam tunc Vasallus dominum olim suum colere & observare debet 2. F 38. *inf.* Rittersch. *d. l. qv. 16.*

Præceptoribus est exhibenda reverentia

XI. Ne Præceptores omittamus, eorum & hic mentio facienda, qvibus pro cura vigiliqve labore, ut intellectus noster excolatur, ad gratitudinem & reverentiam magna ex parte obligamur. Recolit hoc Cicero in *Orat. pro Planco*, qvando hæc verba profert: *Nemo certe est nostrum liberaliter educatus, cui non Magistri sui atqve Doctores, cui non locus ille mutus, ubi ipse est alitus aut doctus est, cum grata recordatione in mente versetur.* Ipsum Jus nostrum meminit exempli istiusmodi reverentiæ in *L. 2. §. 45. ff. de O. J.* ubi Cassélius commendatur, qvi, cum Præceptori Mutio morte præripto gratiam referre neqviret, ejus nepotem Publium heredem fecit in illius honorem. Et laudatur Alexander Severus, qvod Ulpianum Præceptorem honoret Parentis titulo *L. 4. C. Locati.* Estqve notum Alexandri Magni exemplum, qvi interrogatus utrum magis desideraret Patrem Philippum, an Aristotelem Præceptorem, reverenter respondit: magistrum se magis desiderare qvam patrem, qvod ille ut præclare instrueretur effecit, iste vero ut tantummodo esset. Ex qvibus constat adeo magno in pretio magnis Principibus fuisse suos Præceptores, qvanto majori debent esse his, qvi Principibus & Rebuspublicis digne consulendi ab illis idonei efficiuntur Menoch. *de A. J. Q. lib. 2. Cent. 5. caſ. 500.* Dn. Stryck. *in disp. de Jure Præceptor. cap. 5. n. 20.*

Tutoribus qvoqve & Curatoribus

XII. Qvandoqve Parentum locum sustinent Tutores & Curatores, si illi vita functi, anteqvam liberi propter ætatem sibi ipsis consulere possint. Grave autem est illud Tutorum officium, qvod principaliter versatur circa pupilli personam L. *14. ff. de Testam. Tut.* L. *30. ff. de Admin. & peric. tut.* qvi hinc curare debent, ut pupillus bene educetur L. *2. §. 1.* L. *12. §. 3. ff. de Admin. tut.* L. *1. §. 1. in f.* L. *1. & 2. C. ubi pupill. educ. vel morari* & bona ejus recte administrentur, ne pecuniam ejus sinant otiosam L. *7. §. 3.* L. *15. ff. de Admin. & peric. tut.* Carpz. *P. 2. C. 11. D. 22. 42.* & ut in tempore morosos debitores interpellent ad solutionem faciendam L. *2. C. Arbitr. Tut.* Mev. *P. 7. Dec. 198.* ac ut omnia negotia tam judicialia qvam extra judicialia curandorum ita gerant, ut inde veniat illorum commodum. Pro tanto vero officio & paterno affectu qvid magis a curandis rependi potest, qvam reverentia?

Nec non Senibus.

XIII. Ob provectam ætatem venerandi sunt Senes, qvos commendat meritorum memoria & laborum assiduitas L. *fin. C. de Tyronib. lib. 12.* L. *5. pr. ff. de Jure Immunitat.* Eorum enim experientia Juvenum schola est, & plus est autoritatis in eorum consiliis, qvam in aliorum armis. Unde bene Baldus dixit: *Plus valet umbra Senis, qvam gladius Juvenis*, qvod Poeta confirmat, qvi Agamemnonem inducit, non decem sibi Ajaces sed decem Nestores optantem. Divine Plato de Reverentia Senibus debita *Lib. 10. de legib.* differit: *Senex*, inqvit, *non parvo intervallo juveni præponendus est, & apud Deos & apud homines, qvi feliciter victuri sunt. Cadi ergo Senem a juniore & turpe est, & odio a Deo habetur. Contra cadi juvenem a Sene levius est: qvia etiam decet juvenes ab senectutis reverentiam patienter id ferre.* Convenit vero Senes non tantum separatim & inter privatos reverenter habere, sed etiam in publicis consiliis. Qvod Pontifex adeo

Etiam in publicis consiliis.

verum

verum esse judicat, ut suffragantium non majora sed saniora vota, qvæ ab eorum ætate æstimanda, concluſa facere ſtatuat *c. 9. de Elect. in 6.* qvæ qvidem ſententia non difficultate caret, cum infinitæ ſemper futuræ ſint qvæſtiones, utra ſententia ſanior, & qvænam Collegii membra reliqvis, prudentia & autoritate præferenda, & e contrario Pluralitas votorum ad lites eo melius decidendas faciat Dn. Coccej. *Diſſert. de eo qvod juſtum eſt circa numer. ſuffrag. Sect. 1.* attamen in eo Senum habenda reverentia, ut in Collegiis primitus audiantur, qvæ, ſi alii ab illis modeſte diſſentiunt ſtabit tamen tuta, & pudor honeſtus claram & ſtabilem illis comparabit autoritatem Ziegl. *in Dicaſtice Concluſ. 43. §. 5. ſeqq.*

CAPUT IV.
De Metu Reverentiali circa Actus inter Vivos.

I.

CUm de qvalitate Metus Reverentialis conſtet, operæ pretium erit ut jam in aliqvot ejus notabiliores caſus inqviramus, qvos in ordinem ex diverſitate actuum inter vivos & ultimæ voluntatis collocabimus. Illorum primo in hoc capite habenda ratio, & qvidem juxta methodum in Inſtitutionibus juris Civilis obſervatam, qva Jus Perſonarum, Rerum & poſtremo Actionum exhibetur. Unde ſtatim ordimur ab exemplis M. R. ad jus perſonarum pertinentibus, idqve qvia hominum gratia omne jus conſtitutum legitur §. *fin. J. de J. N. G. & C. L. 2 ff. de Statu hom.* *Ordo dicendorum.*

II. Dum vero hæc curamus, ſe ſtatim caſus ſiſtit circa operas propriorum hominum, qvi in multis regionibus reperiuntur, & qvi ad glebam & ſervitia præſtanda domino obli- *Nocet propriis hominibus M. R. qvoties do-*

Dominus ab illis indeterminatas operas exigit.

obligati sunt, ita ut sine venia ejus a prædio discedere non possint. Operæ autem illorum sunt vel determinatæ, qvæ certo modo vel certis diebus præstantur **gewisse / gesetzte oder gemessene Dienste** / vel indeterminatæ, qvæ qvoties & qvomodocunq; opus est debentur Struv. *in Jurispr. Forens. lib. 1. tit. 4. §. ult.* Sæpe non sunt contenti Nobiles & domini operis illis determinatis, sed ad majores rusticos suos provocant, qvi si sese ex reverentiæ timore obseqventes exhibent, successu temporis officiositas illa in jus facile verti potest, qvod postea domini ab illis audent prætendere. Et certe successoribus eorum difficile erit probare, qvod antecessores non ex debito sed saltem ex reverentia erga dominum indeterminatas ei præstiterint operas, qvia Precarii probatio rusticis incumbit Carpz. *P. 2. C. 4. D. 3.* Qvod si tamen illi aliqvem reverentiæ respectum erga dominum habere velint, caute sibi prospicere debent illa Rusticis familiari protestatione: **Daß sie zwar dieses dem Juncker zu gefallen thun wollen / jedoch daß daraus keine Gerechtigkeit werden möge.** Dn. Stryck. *in Disp. de Civilitate noctiva cap. 2. §. 12.*

Sponsalia ex M. R. contracta subsistunt.

III. Sponsalia qvandoqve ex metu reverentiali a liberis contrahuntur, de qvibus si fingamus, Parentes velle ut filius vel filia cum hac aut ista persona matrimonio conjungatur, illosqve cum hac filium aut filiam suam desponsare, præsente illa nec contradicente, sed imo consentiente, ne indignationem Parentum incurrat, cum tamen alioqvin ab ista persona abhorreat, si postea a talibus sponsalibus recedere velint & allegent metum reverentialem, disqviri potest, an audiendi liberi? Qvamvis vero in contrahendis sponsalibus liberrimus contrahentium reqviratur consensus, & omnis metus, coactio aut rixæ longe abesse debeant, qvia conjugia amore concilianda, qvi metum non patitur *L. 22. seq. ff.*

de

de R. N. L. 14. C. eod. adeo ut ſponſalia metu contracta ſint ipſo jure nulla nec opus ut judicis ſententia, ſicut alia negotia metu inita reſcindantur, ſed ut tantum declaratio qvædam adhibeatur *d. L. 22. c. 14. X. de Sponſal. c. 6. X. Qvod met. cauſ.* Carpz. *in Jurisprud. Eccleſ. L. 2. def. 27. & lib. 3. def. 55. n. 7.* attamen omnia hæc intelligenda de tali vi & metu, qvi in conſtantem hominem cadere poteſt. Cum autem talis non ſit metus reverentialis, dicendum fruſtra ad illius præſidium recurrere liberos, ſed obligari ex ſponſalibus ita celebratis ad conſummandum matrimonium. Conſenſerunt enim cum parentibus in ſponſam vel ſponſum, conſenſus autem ſponſalitius facit ut firma ſint ſponſalia, & obligat deſponſatos, ut poſt aliqvod temporis intervallum accedente benedictione ſacerdotali fiant Conjuges *L. 4. 7. §. 1. L. 11. ff. de Sponſal.* Lauterb. *Tr. de Arrhath. 144.* A ſponſalibus ergo initis ſi velint recedere, oportet habeant cauſam, qvæ ad illa diſſolvenda a legibus eſt approbata, qvalis, ut dictum, non eſt, metus reverentialis *L. 12. ff. de Sponſal. L. 22. ff. de R. N. ibiqve* Brunnem. *n. 11.* Carpz. *lib. 2. def. 30. n. 16.* Ziegl. *ad Lancell. lib. 2. tit. 12. §. 12.* Dedekenn. *Conſil. Theol. Vol. 3. lib. 2. Sect. 7. n. 6.* Vaſqv. *lib. 2. Controv. cap. 35. n. 19.* Joach. a Beuſt. *de Matrim P. 2. c. 44. p. 166.* Covarruv. *in lib. 4. Decretal. p. 2. c. 3. §. 6. n. 5.* Wiſſenbach. *ad ff. P. 1. Diſp. 44. th. 15.*

IV. Hunc conſenſum liberorum non adeſſe putant, indeqve eos ex ſponſalibus non obligari, ſed ab illis recedere poſſe, ſi ſaltem tacuerint, cum Parentes illis ſponſum vel ſponſam offerrent, non autem expreſſe in eos conſenſerint, ſtatuunt Covarruv. *d. l. n. 5. & 6.* Bartol. *in L. pen. ff. Solut. matrim.* qvia multa expreſſa nocent, non expreſſa non nocent *L. 105. ff. de R. J.* Verum exiſtimo huic opinioni contrariari *L. 12. pr. ff. de Sponſal.* ubi clara Ulpiani ſententia: *Sed qvæ*

An idem obtineat ſi liberi tantum ad oblatos ſponſas vel ſponſos taceant.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41,Leibn. Marg. 41, Stück 18, [31] - 25

Patris voluntati non repuguat consentire intelligitur. Qvare cum M. R. non sufficiat ad rescindenda sponsalia, ubi liberi expresse consenserunt, etiam non sufficiet, si tacite consenserunt, qvia consensus utrobiqve adest. Cæterum si minis non moderatis sed gravibus & atrocibus parentes erga liberos usi, ut, qvod illos sint exheredaturi, abdicaturi aut verberaturi, nisi oblatum sponsum acceptaverint, verum est, nulla esse talia sponsalia, qvia tales minæ justum metum inferunt, qvi etiam in constantem hominem cadit. In negotiis matrimonii persvasioni locus est coactioni neqvaqvam *c. 17. X. de Sponsal.* Dedeken. *d. l.* Cypr. *de Sponsal. cap. 13. §. 18.* Sanchez. *de Matrim. lib. 4. disp. 6. qv. 1. n. 4.*

Ob minas accedentes tamen annullantur sponsalia.

V. Casum examinavimus de sponsalibus liberorum metu reverentiali contractis. Idem jus est, si minister aut subditus ex reverentia erga Principem consentiat in matrimonium cum persona, qvam Princeps commendat; licet libentius ab ea abstineret *arg. L. 32. ff. ad Leg. Aqvil.* Hoc commode locum invenire potest in locis, ubi statutum, ne subditi sine arbitratu & concessione Superioris nuptias contrahant, qvo Princeps consulat saluti publicæ, ne illa per subditorum matrimonia detrimentum capiat. Myler. *in Gamolog. Princip. cap. 2. §. 5. & 6.* Ærod. *Res judic. lib. 4. tit. de nupt. c. 7.*

Dicta extenduntur ad M. R. 1. erga Principem

Pariter dicta procedunt, si forte vir multum autoritatis in civitate habens aliqvem ad officium promovit intuitu matrimonii cum certa persona contrahendi, & is ex metu, ne Promotorem suum offendat consenserit in illam, ac postea a sponsalibus, qvod metu reverentiali ad illa compulsus, velit recedere. Nam nec hoc casu vitiantur sponsalia, qvod propter datum officium fuerint contracta, siqvidem contrahens primario consentit in personam oblatam, & saltem secundario respicit ad concessum officium, qvod causa movens

2. Erga Patronum qvi ad officium aliqvem promovit.

est

est contrahendi matrimonium, qvod proinde non est illicitum Lynk. *Disp. de Impetrat. Offic. per matrim. cap. 2.* Ita etiam si minor vereatur curatorem, & in personam, qvam hic in matrimonium offert, ut ejus indignationem evitet, consentiat, ille causam recedendi a sponsalibus nullam habebit. Qvod ibi maxime contingere potest, ubi per statuta introductum, ne minorum sponsalia, nisi cum consensu Curatorum contracta valeant Mev. *ad Jus Lubec. lib. 1. Tit. 4. art. 4. n. 5.* Joh. a Sande *lib. 2. Decis. Frisc. tit. 1. def. 4.* Heig. *qv. 22. n. 8. seq.* alias Jure civili eorum consensus necessarius non est, sed ex honestate & pietate tantum adhibetur *L. 20. ff. de R. N. L. 8. C. de Nupt.* *3. Ergo Curatores.*

VI. Inter personas qvæ matrimonio conjungi vetantur, referuntur Jure Civili tutores qvoqve & curatores cum adulta, cujus tutelam vel curam gesserunt, & hoc propter præsumtum reverentialem metum & periculum iutervertendarum rationum *L. 36. 37. 59. 64. ff. de Ritu Nupt. t. t. Cod. de interdict. matrim. int. Tut. & pupill.* Nec, si tutor vel curator rationes reddidit, eo jure statim illis pupillam suam ducere permittitur, si adhuc supereſt tempus qvod datum restitutioni in integrum, sed expectandum, donec illud elapsum sit, ne pupilla uxor facta propter reverentiam marito debitam impediatur petere restitutionem in integrum, aut si petierit, nuptiæ sint nullæ *L. 66. pr. ff. de R. N.* Lauterb. *Coll. theor. Pract. d. t. §. 74.* Qvod tamen aliter moribus & de consvetudine hodierna se habere constat, ubi sufficit, qvod Curator rationes reddidit, qvia per illas pupilla de bonis suis secura facta, nec amplius, ne maritus rationes reddere intermittat, timere debet Dn. Hoppe *ad §. 11. J. de Nupt. in U. H.* Perez. *ad Cod. tit. de Interdict. matrim. int. pupill. & tut. n. 4. in f.* Salicet. *ad L. fin. C. d. t.* *An valeat matrimonium inter Tutorem & pupillam?*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41,Leibn. Marg. 41, Stück 18, [33] - 27

Nocet sibi qvi ex M. R. erga contutores se ad administrandum offert.

VII. A materia nuptiarum ad tutelarem nos convertimus. Si plures dati tutores, cavendum est, ne qvis præ aliis se offerat ad administrandam tutelam, sed ut illis relinqvat hoc officium id qvos Testator, vel Judex vel major pars ad obeundum designavit *§. 1. J. Qvi satisd. cog. L. 3. §. 6. & 7. ff. de Admin. tut.* vid. Huber. *in Prælect. Inst. d. t. §. 2.* Qvod si inter plures aliqvis se offerat ad administrandum, qvia metuit, ne reliqvorum, ipsum vel dignitate vel autoritate præcedentium, reverentiam lædat, sentiet imposterum, qvod ad damni qvavis culpa evenientis præstationem obligatus sit. Talis enim, qvi ita se offert, ad leviſſimam culpam obligatur, cum alias saltem levi culpæ obnoxius sit *L. 2. & 7. C. Arbitr. tut.* & tantum ob solum damnum casuale liberari potest *arg. L. 53. §. 3. ff. de Furt.* Hahn. *ad Wes. Tit. de Tut. & rat. distrab. n. 5. verb. Qvicqvid dolo.* Imo ille metus aliqvando sibi obstabit, qvod ob tres tutelas, qvas actu gerit, a qvarta non impetraturus sit excusationem, qvia tutela ad qvam gerendam qvis se offert, ut effectata consideratur, affectatum vero pro onere non reputatur, inde ab eo nulla est excusatio §. *5. J. de excus. tut. L. 15. §. 15. ff. d. t. L. 2. §. 8. ff. Si qvis caut. in jud. sistend.*

Tutor debitorem pupilli non debet timere

VIII. Fides Tutoris, ad qvam in munere suo adstrictus est reqvirit, ne timeat, qvem rebus pupilli damnosum esse deprehendit. Hinc si debitor pupilli sit persona, cui tutor reverentiam debet, vel si alius sit ab eo venerandus, qvi in perniciem pupilli isti debitori favet, metum omnem propter istam reverentiam excutere debet; & omnem lapidem movere, ut debita solvantur, alias eorum periculum vergit in tutorem, qvi illa ex vano isto timore exigere dubitabat *L. 15. ff. de Admin. & Peric. Tut. L. 2. C. de Arbitr. Tut.* Munnoz. de Elcobar. *de Ratiocin. cap. 19. n. 21.* Nec excusat Tutorem, qvod diffi-

difficile ſit litigare contra perſonam, qvam officium publicum forte Magiſtratus defendit, qvodqve, dum litigatur, in ejus autoritatem facile impingere poſſit; nam officii ſui majorem rationem habere debet, qvod negligere non poteſt exactionem ſolutionis differendo, aut plane remittendo debitum, ob ſpectatam debitoris aut ejus Patroni reverentiam, hoc enim foret de rebus pupilli donare, qvod tutor facere neqvit *L. 12. §. 2. L. 22. ff. de Admin. tut.* Sufficit, qvod ſi opus ſit debitorem in judicium trahere, verbis modeſtis contra illum uti poſſit. Et licet qvoqve in jure conceſſis acrioribus remediis utatur, tamen culpa carebit, qvia fines officii mandati obſervat, & talia debitoris moraefflagitat.

Nec honorarius Tutor Administratorem.

IX. Ubi plures Tutores ſunt conſtituti, melius eſt, ut unus adminiſtret, & reliqvi ſint Inſpectores ſeu honorarii tutores, vel ſi opus, ut adminiſtratio tutelæ dividatur *L. 3. §. 1. ſeqq. ff. de admin. & peric. tut. L. 15. ff. de Teſtam. tut.* ſegnius enim expediunt commiſſa negotia plures, & naturale vitium eſt negligi, qvod communiter poſſidetur *L. 2. C. Qvando & qvib. qvart. pars.* Officium tamen honorariorum Tutorum eſt etiam aliqvod, & in eo conſiſtit, ut diligenter adminiſtratores obſervent, eos fideliter & ſolicite admoneant & ſuſpectos poſtulent *L. 3. §. 2. ff. de Admin. & peric. tut.* Lauterbach. *Vol. 1. Diſpp. Dubing. diſp. de Honorar. Tut. cap. 3. §. 25. ſeqq.* Qvi ergo timet Adminiſtratorem ex qvodam reverentiæ reſpectu, & propterea putat ſe excuſari poſſe, qvod noluerit alterius indignationem vel odium incurrere, is negligit, qvod officium ſuum poſtulat, damnum hinc, qvod obvenit pupillo, ſuo periculo cedit, & ad id ſarciendum tutelæ judicio conveniri poteſt *d. L. 3. §. 2. L. 2. C. de Divid. tutel. L. 60. §. 2. ff de R. N. L. 7 C. Arbitr. tut. L. 14. §. 1. ff. de Solut.* Damhouder *in Patrocin. pupill. c. 1. n. 32.* Qvanqvam ei hoc beneficium

cium competat, qvod excussis tutoribus, qvi administraverant, demum in subsidium conveniri possit *d. L. 3. §. 2. L. 6. C. Arbitr. tut.* L. *fin. C. de divid. tut.* ita ut & ipse Magistratus prius subsidiaria actione conveniendus sit, qvam honorarius tutor cum effectu & spe obtinendi conveniatur L. *1. §. 15. ff. de tut. & rat. distr.* L. *46. §. 6. ff. de Admin. tut.* Dn. de Rhez. *in Medit. Instit. Dissert. 7. posit. 32.*

Tutor pupillum de bonis suis securum reddere debet.

X. In securitatem pupilli multa reqviruntur a Tutore, qvæ præstare tenetur. Nam satisdatione idonea, qvæ fit datis fidejussoribus, securum debet reddere pupillum, qvod res sua salva sit futura *pr. J. de Satisd. tut. vel curat. tt. ff. Rem pupilli salvam fore* qvæ tamen moribus hodiernis, si tutor immobilia possideat, haut amplius reqviritur L. *Sciendum 15. ff. Qvi satisd. cog.* Mev. *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7. art. 2. n. 53.* Sande *lib. 2. Decis. Frisic. tit. 9. def. 9.* Præterea debet jurato, moribus stipulata manu, promittere, qvod ex fide gesturus sit tutelam Dn. Hoppe *Comment. Inst. ad pr. J. de Satisd. tut. in U. H.* Ad inventarii confectionem, tanqvam fundamentum rationum reddendarum & deniqve ad ipsas rationes obligatur Dn. Hoppe *d. l.* Si supponamus matrem gessisse tutelam, liberos non terreat reverentia eidem debita, qvo minus ab ea exigant inventarii confectionem, & rationum redditionem. Ad utrumqve enim illa obligata est, adeo, ut ne qvidem mater Principis, qvæ tutelam gessit, ab hoc onere excusationem habeat Dn. Stryk. *in Disp. de Tutela materna Principum Imperii cap. 4. §. 2. & cap. 5. §. 15.* Struv. *in Jurisprud. forens. lib. 1. tit. 21. §. 3.* Hoc modo vero adimitur matri licentia in bonis liberorum liberius versandi, eaq; prorsus dissipandi, qvam si ex reverentiæ metu ad hoc liberi non convenirent, illa non levem peccandi materiam consequeretur. Qvare cum prævidereni Legislatores ex omisso inventario hæc nasci posse incommoda,

Hanc securitatem liberi matre ex reverentia negligere non debent.

moda, in genere conſtituerunt, tutores adhuc ad rationes reddendas teneri, licet eas pater in teſtamento remiſerit L. ſ. §. 7. ff. de Admin. & peric. tut. Et ſi forte contrarium voluerit, ne ſecreta patrimonii pandantur, mores tamen hodierni adhuc ad privatam bonorum conſignationem tutorem obligant, qvia vix poſſibile ſine illa vires patrimonii explorari easqve recte adminiſtrari poſſe Carpz. *P. 2. C. 2. Def. 4. in f.* Möller. *lib. 1. Semeſtr. cap. 39. n. 10.* Couarruv. *lib. 2. var. reſol. cap. 14. n. 4.*

An maritus Curator Uxoris ſuæ eſſe poſſit.

XI. Ne Maritus ob metum reverentialem, qvem de ſe Uxorem accepiſſe advertit, rationum reddendarum fiat ſecurus, &, ubi alii perfidii curatores meruerunt infamiam, contemnat hanc pœnam, placuit prudentibus Romanis a cura Uxoris ſuæ arcere eundem §. *pen. J. de Excuſat. Tut. vel Curat.* Obtinet hæc diſpoſitio in bonis receptitiis, qvæ alioqvin uxoris libero arbitrio relicta; in bonis dotalibus enim non procedit, qvia dominus illorum factus maritus, nec in Paraphernalibus, qvia a lege habet horum bonorum adminiſtrationem *pr. J. Qvib. al. lic.* L. *fin. C. de Pact. convent.* Qvod ſi vero mores hodiernos inſpiciamus, ne qvidem qvoad receptitia amplius maritus a cura Uxoris abſtinere tenetur, ſed, qvia forte meliora de eo, qvam apud Romanos, ſperantur hodie, legitimus Curator uxoris ſuæ exiſtit ein Ehelicher Vormund / ſine qvo uxor negotia nulla valide contrahere poteſt nec obligari, nec in judicio ſtare. Wiſſenbach. *ad ff. P. 1. Diſp. 53. th. 24.* Harprech. *ad §. 19. J. d. t. n. 8.*

M. R. cauſatur præſcriptionem ſervitutum aliorumqve jurium.

XII. Hiſce mittimus jus perſonarum, de metu reverentiali circa jus rerum jam acturi. Æqve vero ex materia ſervitutis ac ex materia præſcriptionis huc pertinentes caſus reperimus. Si mihi Vaſallo Dominus feudi ſit vicinus, qvi in pariete meo feneſtram fabricat; vel ſi vicinnus meus, qvi civitatis

vitatis judex est in meo prato exerceat jus pascendi, vel in sylva mea jus venandi, & ego per tempus usucapioni destinatum non contradico usucapienti, reverentiæ huic debitæ cedens, in tantum libertati fundi mei præjudico, ut perpetuo imposterum tali vicino debeam servitutem luminum, pascendi vel venationem. Non minus enim Jura, tanqvam res incorporales, præscribuntur, qvam corporales, & patentia domini hic loco tituli est, sine qvo alias dominium acqviri non potest *L. ult. in f. C. de Præscript. long. temp. L. un. C. de Usucap. transform. L. 10. pr. ff. de Servitut.* Franzk. *ad ff. tit. Commun. præd. n. 11.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 17.* Perez. *ad Cod. tit de Servitut. n. 22. & 27.* Damnum itaqve hoc domino fundi ex vano timore obvenit, & nunc, qvem antea civili contradictione in usu fundi sui impedire poterat, non amplius arcere potest processibus. Qvare gratificandum hominibus, sed ne nobis ipsis simus damnosi, & injurium nostrorum conservatione decet, ut simus providi custodes, non segnes in consiliis, qvæ timidi cauta vocant, sunt enim jura vigilantibus scripta *L. 24. in f. ff. Qvæ in fraud. credit.*

Exceptio est in filio & uxore ratione bonorum apud patrem vel maritum existentium.

XIII. Nocet itaqve sibi qvi ex nimia reverentia alteri nimium indulget. Qvod tamen capiendum, modo metuens facultatem habeat contradictione sua alium jure suo utentem impediendi, nam si non habeat, nec poterit metus reverentialis ipsi nocere. Qvare qvando filius timet patrem, qvi durante patria potestate bona materna ab alio permittit usucapi; vel si uxor maritum, qvi negligentia bona ejus alii usucapienda relinqvit, non interpellat, his reverentialis metus non obstabit, si post completum usucapionis tempus, tunc qvando impedimentum patriæ vel maritalis potestatis cessat, bona sua revocare velint. Qvis enim eos incusare poterit, qvod usucapientes non interpellaverint, cum leges impe-

impediant, etsi velint agere, quibus obtemperantes pœnam non merentur, ut Imperator ait in *L. 1. §. 2. in f. C. de Annal. Except.* Hinc in primo casu, ubi filii bona ob negligentiam patris, in cujus potestate est, in conditione usucapiendi sunt, illa nulla longi temporis præscriptione acquiri possunt, sed a filio quando sui juris factus repetuntur, cum contra patrem agere non valuit, & ob reverentiam erga illum tacuisse præsumitur *L. 4. in f. C. de bon. quæ lib.* Müller *ad Struv. Exerc. 43. th. 26. lit. β.* In posteriori casu, si res dotales in conditione usucapiendi sunt, effugiunt quoque usucapionem, quia Lege Julia earum alienatio prohibita *L. 4. ff. de Fundo. dot al.* cujus species etiam usucapio est. *L. 28. in f. ff. de V. S.* Antequam tamen hæ dotales fiant, si possessio earum jam inchoata, non interpellatur usucapio ex eo, quod tales factæ sint *L. 16. ff. de fundo dot al.* Dn. Stryk. *de Investig. Act. Sect. 3. M. 1. axiom. 2.*

Item in pupillo & minore.

XIV. An vero idem dicendum de pupillis vel minoribus ad impediendam rerum suarum præscriptionem ex reverentiæ metu contra Tutores vel Curatores non agentibus? Notandum hic de pupillis in specie, quod illorum bona in jure nostro ita sint privilegiata, ut illorum præscriptio contra illos nec incipiat, nec forte contra defunctum antea cœpta currat, sed tota cesset & dormiat durante pupillari ætate *L. 48. ff. de A. R. D. L. 3. C. de Præscript. 30. vel 40. annor.* De minorum bonis ita cautum, quod tantum currat contra illos præscriptio triginta annorum *L. Sicut 3. C. d. t.* præscriptio vero 10. vel 20. annorum contra eos non inchoetur, inchoata autem contra illorum antecessores etiam contra minores continuetur, salvo tamen ipsis competente beneficio restitutionis in integrum *L. fin. C. In quib. caus. in integr. restit.* Wesenb. *in Paratitl. de Usurpat. & Usucap. n. 14.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 22. th. 3. lit. G. & H.*

Ob M. R. actiones suas non instituens præscriptionem illarum patitur.

XV. Lædatur ob metum reverentialem, qui actionem quam habet contra superiorem debito tempore non instituit. Fac annulum tuum, quem commodato dederas *Titio* perveniſſe in Principis manus, tu times Principem compellare ut annulum reddat, nec repetis intra tres annos, lapſis his annis annulum perdidiſti, ad quem repetendum non amplius competit vindicatio, quæ quando ad rem mobilem competit tantum per triennium durat *L. 7. in f. C. de Petit. Hered.* Atque ita porro judicandum de reliquis actionibus, quæ 10. 20. 30. 40. aut pluribus annis exſpirant. Nam ad illas exercendas in jure præfinitum eſt iſtud tempus, poſt quod non amplius admittuntur, ne qui poſſidet ſemper timendum adverſarium habeat, ſed ad illas elidendas competit exceptio præſcriptionis, quæ facti ſeu intentionis eſt, & ſtatim in ipſo judicii limine opponi poteſt. *pr. J. de Except. L. 17. §. 6. ff. de Injur. L. 1. §. 1. C. de Annal. Except. L. 3. C. de Præſcr. 30. vel 40. ann. conf.* Dn. Stryk. *d. l. & Dd. ad Tit. ff. de Diverſ. & temporal. præſcript.*

Filia a matre ante nuptias dotem non petens, poſtea petere non poteſt.

XVI. Dotibus proſpicitur puellis, ut honeſtam nubendi occaſionem inveniant, & illæ ſint pro ferendis oneribus matrimonii, quæ multa & magna ſunt. *L. 7. pr. & 76. ff. de Jure dot. Conf. Diſp. noſtra de Onerib. Matrimonii.* Si puella ſit, quæ patre orbata, & cum nuptias contrahit a matre ex reverentia dotem non ſtipulatur, poſtea demum, ut dote allata melius placeat marito *L. ult. C. ad Sct. Vellej.* matrem interpellat de danda dote, hæc, niſi ſponte dotet, jure amplius cogi non poteſt ad dotandam filiam. Quamvis quidem illo caſu, quo filia absque dote honeſtam nubendi occaſionem invenire nequit, mater dotare teneatur, ut ſi pater vel avus tanta prematur penuria, ut ipſi ex ſuis bonis dotem conſtituere nequeant, vel ſi nec ad eam ſufficiat legitima, & periculum

culum immineat pudicitiæ, quod sæpe causatur inopia *L. 14. C. de Dot. promiss. arg. L. 5. §. 1. L. 8. ff. de agnosc. & alend. liber.* Richter. *ad Auth. Si pater causam C. de divort. fact. num. 4.* Zoes. *ad ff. de Jure dot. n. 15.* attamen quia filia jam invenit maritum, & causa jam cessat, propter quam alioquin mater dotare cogitur, etiam cessare putamus actionem, qua ad dandam dotem filia matrem convenire potest. Nisi casus sit, quod filia cum suo marito magna laboret inopia, ut vix vitam sustentare possint, si non dote aliqua illis succurratur, tunc enim ex æquitate matrem adhuc ad dotandum obligatam esse statuimus. Nam si pater nulla facta promissione dotis post matrimonium jam consummatum adhuc filiæ inopi succurrere tenetur dote, par ratio quoque erit in matre Huber. *Prælect. ad ff. tit. de Jure dot. n. 5. ibique Dd.* Gail. 2. O. 92. n. 7. Dissent. Strauch. *in Jure Justin. Diss. 3. th. 4.*

Nisi magna laboret penuria.

XVII. Sive vero a patre sive a matre filia dotem accepit, durante matrimonio eam a marito repetere nequit, quia ob continuata onera matrimonii apud eum manere debet. Aliud tamen obtinet si maritus ad inopiam vergat, nam sive hoc fiat culpa ejus sive casu, dos repeti potest, quia periculosum est, dotem apud eum relinquere, ne aliquando mulier inanem habeat actionem. *L. 29. C. de Jure dot. Nov. 97. c. ult.* Sande *Decis. Frisic. Lib. 5. tit. 5. def. 8. in addit.* Perez. *ad Cod. tit. de Jure dot. n. 3.* Verum si videat quidem uxor, rebus mariti in pejus ruentibus imminere penuriam, aut illa ex metu erga maritum ad dotis restitutionem timeat agere, an causa sufficiens erit, quando dotem consumtam uxor conferre nequit, quam tamen debet *tt. ff. de dot. collat.* quod jam cum fratribus & sororibus ad æquas hæreditatis paternæ partes non admittatur? de hac materia

Quid obtineat si uxor a marito ad inopiam vergente constante matr. dotem non repetat.

copioſe agit Imp. *in Nov. 97. c. 6.* qui diſtinguit inter filiam perfectæ ætatis ſeu majorennem & minorennem. Illa ex hereditate paterna non æquas cum fratribus partes percipit, ſed dos a marito conſumpta illi imputatur, quia non debuit tacere, ſed debuit a marito ad inopiam vergente dotem repetere ex beneficio. *L. 29. C. de Jure dot.* Hæc cum fratribus ad æquas partes admittitur, & cedendo illis inanem actionem contra maritum a collatione dotis liberatur, quia in hac ob ætatem major erga maritum metus præſumitur, quam in majorenne, qui idcirco hic probe perpendendus. *Auth. Quod locum C. de Collat.* Carpz. *P 3. C. 11. Def. 14. n. 2.* Et, niſi extet conſvetudo aut ſtatutum alicubi in contrarium, hanc juris diſpoſitionem hodienum in viridi obſervantia eſſe, ac ſecundum illam judicari, teſtatur Vinn. *de Collat. cap. 12. §. fin.* Chriſtinæus *Vol. 5. deciſ. 198. n. 12.* Hahn *ad Weſenb. tit. de dot. col. n. 1. verb. E quibus quatuor caſus.*

Metuum ipſi civitati dandum non adminiſtratoribus ejus.

XVIII. Sed pedem jam transferamus ad ipſos contractus & quidem primum ad nominatos reales, ex quorum numero hic mutuum collocamus. Ut hoc cum civitate ſecure contrahatur, pecunia ipſi civitati mutuo dari debet, quod fit ſi vel omnibus & ſingulis civibus creditor numeret pecuniam, vel illis qui repræſentant civitatem ut Senatui, vel Ordinibus, prout cujusvis Reip. ſtatutis vel conſvetudini id convenit, vel etiam ſi credatur illi qui a civitate in ſpecie mandato inſtructus ad mutuum accipiendum Lauterb. *Comment. ad L. 27. ff. de R. C. cap. 3. §. 10 ſeqq.* Sande *lib. 3. tit. 2. def. 3.* Huber. *Præl. ad ff. tit. de R. C. §. 9.* Si enim adminiſtratori credatur, qualis eſt Conſul, Theſaurarius, Camerarius, Quæſtor, aut qui tantum aliquam curam rerum civitatis utpote Jurisdictionem temporalem habet, non autem illam repræſentat, non a civitate, ſed tantum ab ejus adminiſtratore repeti poteſt creditum,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [42] - 36

tum, nisi ejus versio probata sit *L. Civitas. 27. ff. de R.C.* Dn. Stryk. *Disp. de Civitate oberata c. 2. n 28.* Berlich. *Decis. 301. n. 1.* Patet hinc quantopere nocere possit creditori M. R. erga administratorem civitatis, cui affirmanti credit in hanc civitatis necessitatem vertendam esse pecuniam, sed an etiam eo vertatur inquirere erubescit, ut effugiat diffidentiæ notam apud eundem. Certe sic civitatem ad mutuum reddendum convenire nequit, sed prius probare tenetur, in quam civitatis necessitatem pecunia versa sit, aut saltem contra administratorem agendum *d. L. 27.* Mev. *P. 5. Dec. 229. & 386.* qui si locuples & facilis conventione, ac tandem creditor mittat metum reverentialem, & contra eum agat, suum quidem recuperare poterit, si vero non solvendo, inamem actionem retinebit, cum qui non habet, quod perdat ejus periculo nihil sit *L. 12. pr. ff. de Furt.* Harpr. *ad pr. J. Quib. mod. re contrah. n. 49.*

Quid si creditor ex M. R. non inquirat contra administratorem de versione creditæ pecuniæ

XIX. Si Commodatarium jam spectemus, cui supellex non adeo pretiosa commodato data, & is ex incendio suppellectilem illam salvam fecit, ne commodantem, quem honorat & veretur, ad iram moveat, pocula vero sua aliaque argentea vasa igni reliquit, plus fecit, quam ex contractu commodati facere tenebatur. Quamvis quidem commodatarius ad levissimam culpam teneatur, adeo ut & rem commodatam propriæ suæ præferre teneatur *L. 5. §. 2. & 4. L. 18. pr. ff. Commodat.* communi tamen calculo Dd. approbata est sententia, quod si res commodata vilior & propria pretiosior, commodatarius hanc præferre possit commodatæ Bonacin *de contractib. Disp. 3. qu. 1. punct. 6 n. 22.* Hahn. *ad Wesenb. tit. Commod. n. 7. verb. dummodo.* Brunnem. *ad L. 5. ff. Commod. n. 13.* ut nec commodatarius pretium rei commodatæ sine sua culpa peremptæ commodanti refundere teneatur. Lugo. *de Just. & Jur. Disp. 8. sect. 10. n. 140.* Si æquus tamen hic esse velit

Nocet sibi commodatarius ob M. R. rem propriam pretiosiorem non præferens commodatæ in communi periculo

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [43] - 37

velit judex, non errabit, si commodantem ad conservatæ rei suæ vilioris pretium commodatario solvendum condemnet. Jacturam enim rerum suarum facere in conservationem rei alienæ, est idem ac necessarias impensas in illam facere, quas magnas si fecit commodatarius, contraria actione repetere potest *L.18. §.2. ff. d.t.* Lugo *d. sect.10. n.135. seqq.* Zœs. *ad ff. d.t. n.12. in f.*

Pecuniæ depositæ usum concedens amittit privilegia depositi.

XX. In depósito aliam huc pertinentem speciem videmus. Sæpe fit, quod quis pecuniam suam deponat apud virum autoritate gravem tanquam fide omni digniorem, postea accidit virum istum a deponente rogare pecuniæ usum, quem denegare putat esse contra reverentiam depositario debitam, hunc usum pecuniæ depositæ concedit, verum si hic vereatur superiorem, nec sibi prospiciat cautela, daß er ihm zwar vergönen wolle/ sich dieser deponirten Gelder zugebrauchen/ jedoch wolle er sich die privilegia depositi dergestalt reserviret haben/ daß künfftig keine retention oder compensation wegen jetzigen als künfftigen Gegenfoderungen darwider vorgebracht werden solte. *L.24. & 26. §.1. ff. Depositi* perdit omnia privilegia depositi, quæ sunt, quod retineri & compensari non possit *L.11. C.d.t. L.f. §.1. C.de Compensat.* sed quod ad arbitrium deponentis reddendum sit *d.L.11. L.1. §.45 ff. eod.* quia prior obligatio novatur, & ex depósito mutuum fit Dn. Stryk. *in Caut. Cont. Sect.2. cap.3. §.9. & 10.* Perdit etiam privilegia Prælationis in concursu Creditorum, nam cum ob dominium in pecunia extante præferatur omnibus creditoribus *L.31. ff. Locati L.24. §.1. ff. de reb. aut jud. possid.* postquam ob usum concessum ea est consumta, nihil nisi personale privilegium supererit, ob quod deponens ad quartam Creditorum classem rejicitur *de L.24. §.2. L.7. §.2. ff. depos.* Quin si forte usuras propter pecuniæ usum stipulatus sit, saltem chirographa-

grophariis accenſendus erit, qui ultimam creditorum claſſem conſtituunt, quibus poſt ſatisfactionem omnium, ſi adhuc ex bonis debitoris quid ſupereſt, demum ſatisfieri poteſt Brunnem. *de Concurſu Cred. cap 5. §. 61.* Tabor *in Racemat. Criminal. ad Artic. 169. in Reſponſ. qu. 2. p. m. 287. ſeq.*

XXI. Non inſolens modus eſt quorundam hominum, quod de ſe jactitent divitias, agros & prædia aliis oſtentent, ac famam immaculatam plenis buccis prædicent, quibus volunt videri fide digniſſimi, ac in verbis ſuis omnem eſſe ſecuritatem. Caveat talem qui ab illo rogatur ut pecuniam ſibi det mutuo ſine pignore & propter reverentiam ei debitam non erubeſcat pignora ſtipulari. Mutant homines mores, mutant fidem & omnis eorum voluntas eſt ambulatoria *L. 4. ff. de adim. & transfer. leg.* Bona quæ hodie poſſident, ad tertium poſſeſſorem cras transvolata videbit, aut præter ſpem incendio aut alio infortunio perempta. Niſi ergo plus cautionis in re quam in perſona quæſiverit creditor *arg. L. 25. ff. de R. J.* quem convenire poterit ad mutuum reddendum? Debitor lapſus eſt facultatibus & nihil habet quod reddat, contra tertium autem bonorum ſuorum poſſeſſorem creditori nulla actio competit, neceſſario ergo in ipſum damnum ſpectat, quod audacius ſtipulando pignora ab illo debitore evitare potuiſſet. Idem talis periculum incurrit, qui quidem ab initio pro mutuo pignora accepit, ſed exoratus a debitore, ne iram ejus ſentiat, reddidit. Simplici enim iſtiusmodi reſtitutione pignus remiſſum cenſetur, & debitum jam ex nudo chirographo conſtabit. *L 3. ff. de Pact. L. 8. ff. ad Sctum Vellej. L. 1. ff. de Liberat. Legat.* Neguſant *de Pignor. Membr. 3. Part. 6. n. 20.* Franzk. *ad ff. tit. Quib. mod. pign. ſolv. n. 60. ſeqq.* Quare creditor, qui debitori redditione pignoris gratificari vult, audacter hanc clauſulam adjiciat, quod jus pignoris redditione iſta nequaquam extinctum eſſe debeat. Ita enim tutus erit credi-

Quid noceat creditori ex reverentia pignora debitore non exigenti?

Vel ex eadem pignus reddenti.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41:Leibn. Marg. 41, Stück 18, [45] - 39

creditor, qui jam pignus actione hypothecaria a quocunque poſſeſſore repetere poteſt. *L. 9. in f. C. de Remiſſ. pignor.* Brunnem. *ad L. 3. ff. de Pact.*

Fidejubendo quis ſe onerat.

XXII. Jam Ordo nos ducit ad contractus verbales, quorum ſpecies eſt ſtipulatio, mediante qua contrahimus Jure Romano fidejuſſionem *L. 12. C. de fidejuſſor.* quæ tamen hodie etiam nudo pacto initur Wiſſenbach. *ad ff. Part. 1. Diſp. 27. th. 1.* Res amicitiæ eſt pro aliis fide jubere, quia facile fieri poteſt, debitorem non ſolvendo inveniri, quo caſu fidejuſſor ejusque heres ad omne id, quod in obligatione eſt, ſolvendum tenetur *§. 2. J. de Fidejuſſ. L. 10. C. eod. L. 56. §. 2. ff. d. t.* De hoc incommodo Eccleſiaſtes *XXIX. 20. & 21.* hæc verba facit: **Bürge werden hat viel reiche Leute verderbet und hin und wieder geworffen wie die Wellen im Meer. Es hat große Leute vertrieben/ daß ſie in fremden Banden müſſen in der irre gehen.** E contrario non omnis quoque fidejuſſor creditori prodeſt, multa enim ſunt in jure beneficia, quibus a nexu fidejuſſionis ſe extricare licet. Facit ſæpe ſtatus & fidejuſſoris conditio, utpote quia alieni fori, quia potens, rixoſus eſt, quod creditori in eo non ſit ſecura cautio. Adeoque etiam ille quem quis ex reverentia timere debet, creditori non ſatis idoneus videri poteſt, vix enim ſine moleſtia actionem contra ſe admittet, & per illam honorem ſuum exiſtimabit lædi, hinc contra nitetur omnibus mediis & modis. Si fidejuſſor ſit cæteris partibus idoneus, non autem audet creditor ei præſcribere talem obligationis formam, ex qua efficaciſſime eum convenire poteſt, non deerunt effugia, quibus obligationem ſuam enervabit litemque procraſtinabit. Idcirco hic prudentia utendum, ne fidejuſſoris officium ſit fallax & creditori detrimentoſum, cui nihil vitii imputari poteſt, quando ſibi ſuisque rebus

Non eligendus fidejuſſor quem quis timet.

cavere,

cavere, & a se quovis modo damna futura avertere curæ cordique habet *arg. L. 2. C. de Furt.*

XXIII. Et certe ut specialiori casu hanc rem contemplemur, nonne accidit, quod quandoq; mater pro amico vel amica apud Filium intercedat eumq; commoveat, ut det mutuum amico isti? Sane si filius maternis his precibus aures præbeat, ne quid deneget parenti huic, matris ut fœminæ fidejussionem inefficacem sentiet postmodum, quia SCtum Vellejanum ob sexus fragilitatem mulierũ fidejussiones inefficaces reddidit *t. t. ff. & C. ad SCt. Vellej.* Et quanquam modi non deficiant, quibus fœminæ ex fidejussione valide obstringi possunt, si nempe beneficio SCti Vellejani renuncient, si post biennium se iterato obligent & alii de quibus *vid. Disp. nostra de Efficaci intercessione mulierum* si tamen filio illis uti dubitet, metuens ne matri reverentiam subtrahat, quasi fidem ejus suspectam habeat, quando acrioribus modis ad fidejubendum eam adstringit, manebit matris interceſſio inefficax. Si postea quædam superveniant, quæ matris affectum mutare possunt, ut novum matrimonium aut alia causa, omnino difficile erit filio a matre solutionem impetrare, quem jam sero nimis pœnitebit metus illius reverentialis, qui quantus olim fuit apud ipsum, nunc tantus tamen esse non possit, ut convalidet matris interceſſionem.

Matris intercessionem admittens non est securus.

XXIV. Vidimus casum in quo M. R. nocet creditori, videamus jam alium, ubi nocet fidejussori. Non suffecit in genere mulieribus consulere SCto Vellejano, sed hoc etiam in specie succurrere voluit uxoribus pro suis maritis intercedentibus, quod, licet renuntiaverint huic beneficio, licet bis nterceſſerint pro maritis, tamen inefficax maneat earum obligatio, ne blandimentis maritalibus seducantur, quibus comomotæ non tam libenter quam reverenter pro maritis

Et uxori pro marito ex M. R. intercedenti, quandoque nocet.

ſpondere præſumuntur. *Auth. Si qua mulier C. ad SCt. Vellej. Nov. 134. cap. 8.* Berlich. *P. 2. Concl. 19. n. 55. ſeq.* Gomez. *2. Var. Reſol. c. 17. n. 9.* Attamen quando uxor prævia certioratione de vi SCti Vellejani, jurato renuntiat eidem & intercedit pro marito, quia non amplius inconſulto, ſed bene gnara juris ſui & deliberato mariti obligationem in ſe recipit, eam tunc efficaciter teneri, communis eſt Ddum ſententia, ex principiis Juris Canonici repetita Struv. *Exerc. 21. th. 11.* Dn. Stryk *in Caut. Contr. Sect. 2. cap. 6. §. 4. ſeq.* Zœſ. *ad X. tit. de Fidejuſſ. n. 2.* Carpz. *P. 2. C. 16. Def. 1.* Jam caſus dari poteſt, quod uxor ex M. R. ad juratam renuntiationem jurium ſuorum a marito inducatur, quæ ſi ſic fidejuſſit, fruſtra implorabit deinceps beneficium SCti Vellejani, quia ad jura renuntiata non datur regreſſus, hinc ex fide pro marito data a creditore ejus ad debitum ſolvendum conveniri poteſt.

Debitor ob M. R. non repetens chirographum amittit except. non num. pec.

XXV. Ex contractibus qui literis ineuntur quotidie celebratur contractus chirographarius, dato creditori chirographo, in quo quis ſpe futuræ numerationis fatetur, ſe mutuo accepiſſe pecuniam, quam redditurum ſe promittit *§. un. J. de Lit. oblig.* Contra obligationem ex chirographo ortam competit Exceptio non numeratæ pecuniæ, quam debitor intra bienniũ conventus opponit & negat ſe accepiſſe a creditore pecuniam, tantumque ſpe futuræ numerationis confeſſum eſſe quod acceperit, cujus effectus eſt, quod onus probandi numerationem rejiciat in creditorem *§. 2. J. de Except. L. 3. C. de non num. pec.* Quoniam vero hæc exceptio per modum actionis proponi poteſt, præfinitum eſt ei biennium, intra quod opponenda, poſt ea non amplius admittitur, ſed creditor poſt biennium ad confeſſam pecuniam ſolvendam agere poteſt, quia contra debitorem tamdiu tacentem ſtat præſumtio, quod pecuniam illam revera acceperit. *L. 8. 9. & 14. §. 2.*

§. 2. C. d. t. L. 3. & 4. C. de Condict. ſine cauſa. Cum autem doceat experientia, in offerendis edendisq; chirographis faciles eſſe homines, maxime ſi ab illo, cui ad reverentiam obſtricti, petant mutuum, ut eum alliciant ad pecuniam eo citius numerandam, ſi ipſi poſtea, hac numeratione non ſecuta, de chirographo dato proteſtari erubeſcant, jus, de quo jam diximus, poſt biennium ita condemnabit eos, ut a ſolutione confeſſæ pecuniæ amplius liberari nequeant. Et hoc jus adeo ſtricte nonnulli obſervari volunt, ut ne quidem cum onere probandi debitorem poſt bienniũ excipientem audiendum putent, quia poſt id tempus ſolus effectus ſcripturæ remanet, quod firmet obligationem, quæ per contrariam probationem plane everteretur. Vinn. *ad §. un. J. de Liter. oblig. n. 9.* Franzk. *Exerc. Inſt. 10. qu. 10.* quorum ſententiæ tamen nos non putamus ſubſcribendum eſſe, cum lapſus biennii tantum inducat præſumtionem juris de facta numeratione, talis vero præſumtio admittit probationem in contrarium. Unde verior eſt contraria ſententia, quod exceptione doli debitor etiam poſt biennium audiendus ſit, & hoc tam ex æquitate, quam jure, quia exceptio doli perpetua eſt. *L. 3. C. de non num. pec.* Bachov. *ad Tr. V. 1. D. 20. th. 2. lit. C.* Brunnem. *ad d. L. 3. n. 6.* Mev. *P. 2. Dec. 22.* Zanger. *de Except. P. 3. c. 12. n. 24.* Faber. *ad Cod. lib. 4. tit. 29. def. 1. n. 5. & 6.*

An poſt biennium debitor cum onere probandi excipere poſſit? aff.

XXVI. Ad contractus conſenſuales jam tranſeamus, primumque ad Emptionem Venditionem. Ut venditor fidem habeat de pretio ſæpe cauſatur M. R. erga emptorem, quem non audet monere, ut paratã pecuniam ſolvat. Hinc vero obvenit venditori periculũ, quod excidat dominio rei, alias per nudam traditionem non transmiſſibili. *§. 41. J. de R. D.* Ex quo contra tertiũ poſſeſſorem in caſu depauperati emptoris non habet rei vindicationem *L. 3. ff. de O. & A.* uſuras a die traditionis

Venditor qui ex reverentia erga emptorem fidem habet mercium amittit dominium.

tionis nullas accipit, quia emptor ob dilationem ad ſolvendum conceſſam non invenitur moroſus, ſed demum illas petere poteſt a die factæ interpellationis *arg. L. 88 ff. de R. J. L. 40. ff. de R. C.* Franzk. *ad ff. tit. de A. E. n. 431.* Barboſa *ad L. 3. C. de A. E. n. 21.* & in concurſu creditorum prælationis jure amplius uti non poteſt. Brunnem. *de Proceſſ. Concurſ. Credit. cap. 5. §. 7.*

Quid circa venditionem nominum attendendum.

XXVII. Eſt quoque venditio actionum & nominum, quæ ut valeat præcipue requiritur ne illis vendantur, qui conditionē debitoris deteriorem reddere poſſunt, quales ſunt potentiores debitore ceſſo, ita ut facta his venditione venditores jactura nominum mulctentur, emptores vero pœna arbitraria *L. 2. C. Ne. lic. potent. Patrocin. litig. præſt.* Brunn. *de Ceſſ. act. cap. 2. n. 2.* Omnis vero ille per Potentiorem intelligitur, qui talis eſt vel ratione Jurisdictionis vel divitiarū vel privilegii aut alius ſimilis cauſæ, & in genere: quicunq; in tali ſtatu conſtitutus eſt, ut alterū terrere, premere & opprimere poſſit, ille hic venit nomine Potentioris Dn. Joh. Sam. Stryke *de Potentiore Ceſſionario cap. 3. §. 22.* Ex hac materia nobis inſerviet caſus, ſi creditorem, ut fit frequenter, ſupponamus, qui ex diffidentia erga debitorem ſuum de facienda ſolutione, nomen ſuum cedit alicui, quem vel propter favorem in aula vel divitias ſuas iſtud a debitore facilius conſecuturum præſumit, uti Collegiis Jeſuitarum in locis ubi Evangelicorū cauſæ tardius tractantur ſæpe nomina cedi experimur. Jus eſt hoc caſu ceſſionarii, quod actiones ceſſas in ſuam utilitatem exercere poſſit, ex perſona tamen & jure cedentis *L. 4. & 9. C. de Procurat. L. ult. C. Quando Fiſc. vel privat.* debitoris autem ceſſi, quod omnes exceptiones, quæ competebant contra cedentem, etiam contra ipſum ceſſionarium opponere poſſit, ne iſtiusmodi ceſſionibus defenſio auferatur debitori, qui adhuc tutus eſſe poterat contra venditorem. Lenz. *de Nominib. ceſſ.*

cap.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [50] - 44

cap. 32. *n.* 10. Sande *de Act. ceſſ. c.* 13. *n.* 2. Præterea etiam in caſu venditi nominis potentiori tam contra venditorem quam contra emptorem ſupra memorata pœna obtinet, quia ad ſupprimendum debitorem venditio nominis facta præſumitur. Aſt an audet quoque omnis debitor contra potentiorem ceſſionarium jura ſua allegare? nonne magis ſilet ne modo in ipſius reverentiam impingat, & contentũ eum eſſe oportet, dummodo aliqualiter contra ceſſionarium conſervetur. Quod bene ponderarunt, qui hodie plane ab uſu djctam pœnam receſsiſſe ſtatuunt Grönvvegen *de Legib. abrog. ad d. L.* 2. Franciſc. Chryſtin. *in addit. ad Philiber. Bugnion. de Legib. abrogat. Lib.* 1. *art.* 225. *p.* 213. ſed quanto cum damno debitor relinquatur, cum quisque videt, non opus eſt docere.

Ceſſio debitor potentiorem ceſſionarium cum damno ſuo timet.

XXVIII. Feudum a patre alienatum filius regulariter revocare non poteſt, quia in illud ſuccedit jure hereditario, heres vero factum defuncti impugnare non poteſt 2. *F.* 51. §. *Filius L.* 14. *C. de R. V.* Struv. *in Syntagm. Jur. feud. cap.* 13. *th.* 16. *n.* 6. Feudum tamen quod eſt ex pacto & providentia, ſi filius patris heres eſſe nolit Anton *Diſp. Feud.* 10. *th.* 4. *lit. b.* Carpz. *P.* 2. *C.* 48. *D.* 10. Item feudum illicite ſeu ſine conſenſu Domini a patre alienatum Schultz *in Synopſi Jur. feud. cap.* 10. *n.* 99. nec non feudum, in quo filius non jure ſucceſſionis ſed retractu ex jure Protimiſeos reſtituto pretio uti velit, is revocare poteſt, quia his caſibus non ut heres, ſed ut agnatus conſiderandus, qui non, impugnat alienationem patris, ſed ſe tantum in locum extranei ſurrogari petit Schultz *d. l. n.* 100. Stryk. *in Exam. Jur. feud. cap.* 20. *qu.* 10. Verum quid ſi filius viventem Patrem vereatur, & intra annum, ut fieri debet 2. *F.* 26. §. *Titius*. Feudum alienatum non revocet, an audiendus poſt annum ſi forſan interea mors patris ſecuta? Non putamus, quia pro regula tradi-

Filius ex M. R. feudum a patre alienatum intra annum non revocans poſtea non amplius auditur.

traditum est, nunquam reverentiam patris justam excusationem præbere, nisi appareat tale quid interveniſſe, quod justum terrorem alicui incutere potest, quale foret hoc casu si verbis minatus fuisset pater, aut verbera indixisset, si filius feudum revocare ullo tempore præsumeret Hartm. Pistor. *Lib. 2. qu. 13. n. 30.*

Relocatio ex M. R. facta quid locatori præjudicet.

XXIX. Quamvis tacito consensu ab initio Locatio & Conductio vix fieri possit, semel tamen contracta, si conductor patiente locatore tempore conductionis impleto in conductione per aliquot temporis spatium, quod judex pro suo arbitrio determinabit, manserit, renovari potest cum iisdem qualitatibus & pactis, quibus prior constabat *L. 13. §. f. ff. L. 16. C. Locat. Conduct.* Quando itaque non expedit locatori, ut conductor, quem venerandum habet, continuet conductionem, denuntiatione sua hanc impedire debet Frantzk. *ad ff. tit. Locat. Conduct. n. 21.* Sande. *lib. 3. tit. 6. def. 1. & 2.* Quod si timeat conductorem, nec ita denuntiet eidem, de novo cum eo locationem inibit. Et quidem in prædio rustico in annum, utut prima locatio forte in longius tempus facta *d. L. 13. §. f.* quia fructus, quorum gratia reconductio facta intelligitur, demum intra anni spatium uniformiter percipiuntur. Si autem non uniformiter, sed de triennio in triennium, de quinquennio in quinquennium omnes fructus percipi possunt, relocatio etiam ad istud tempus extendenda erit Brunn. *ad d. L. 13. n. 16.* In prædio vero urbano, cujus quolibet tempore uniformis est usus, relocatio facta dicitur in illud tempus, prout antea quisque habitavit *d. L. 13. §. ult.* Quorum tamen verborum duplex habetur sensus, nam velle videntur, quod relocatio videatur facta saltem ad tempus, quo post factam primam conductionem conductor habitavit. Illa etiã sensum habent, quod videatur facta in id tempus,

ad

ad quod fuit prima locatio. Priorem explicationem tenent Frantzk. *c. l. n. 17. seq.* Muller *ad Struv. Exerc. 24. th. 7. lit. λ.* Lauterb. *Coll. Theor. Pract. tit. Locati. §. 9.* posteriorem defendit Dn. Hoppe *ad pr. J. Locat. Conduct.* quam magis legalem esse existimamus, quia alias non videretur relocatio inita, sed saltem conductori ad aliquod tempus patientia indulta, qua mutata finiri posset locatio pro locatoris arbitrio.

Filii cum Patre societatem contrahentes ex M. R. ne quid remittant de jure suo.

XXX. Societatem de rebus lucroque & damno communiter habendis quandoque Pater cum Filiis suis init. Hujus contractus fundamentum est æqualitas, ut contrahentes sine respectu ad personam sola habita ratione rerum collatarum aut operarum præstitarum in lucro & damno habeant æquas portiones *§. 1. J. L. 29. pr. L. 6. & 80. ff. pro Socio* Ziegl. *de Jurib. Majest. L. 2. c. 3. §. 26. seqq.* nisi per conventionem inæquales partes determinatæ, propter unius majorem operam aut pecuniæ partem collatam, tunc illæ uti placuerunt, servandæ erunt *d. §. 1. & 2.* si modo non conventum ut unus ferat omne lucrum, alter omne damnum, quia hæc species conventionis tanquam Leoninæ Societatis penitus prohibita *L. 29. §. 2. ff. d. t.* Harprecht ad §. 2. *J. d. t. n. 15.* Huber. *Prælect. ad Inst. d. t. §. 3.* Sit itaque Patrem a Filiis suis sociis plus lucri petere aut minus damni sufferre velle, quam ratio fert societatis aut conventio inita, illi respectum reverentiæ habere non tenentur, ut propterea jure competente cedant. Si cesserint tamen, videbunt M. R. ad redintegrandam causam illis prodesse non posse, sed damnum illud tolerabunt quod jure societatis avertere poterant. Cumq; forte ex isto metu a communione illa, quæ fœcunda mater discordiarum salutatur, *L. 77. §. 20. ff. de Legat. 2.* recedere dubitent, etiam citra necessitatem in sui dispendium cum patre societatem continuabunt, quia juris certi est,

est, socium societati etiam invito altero socio renuntiare posse, si sine dolo & in tempore renuntiatio fiat §. 4. *J. d. t.* L. 14. 17. §. 1. L. 65. §. 3. *ff. pro Socio.*

Quando Mandatarius mitiori quam mandans pœna afficiendus propter reverentiæ erga mandantem respectum.

XXXI. Cum alias Mandatarius cum Mandante ex delicto mandato & commisso pari pœna afficiatur, quia mandato turpi parere non debebat L. 15. *ff. ad Leg. Cornel. de Sicar.* §. 7. *J.* L. 6. §. 3. *ff. Mandati* pœna tamen illi remittitur, si jussum secutus illorum, quibus reverentiam debebat ut Domini, Patris, Magistratus &c. & ita deliquerit L. 157. *pr.* L. 167. §. 1. L. 169. *pr. ff. de R. J.* L. 37. *ff. ad* L. *Aquil.* Hæc tamen sententia ut procedat requiritur, ut delictum leve sit, quod a mandatario commissum, utpote si filius ex patris mandato laqueos eo loco posuerit, quo jus ponendi non habuit, & pecus vicini in eos inciderit *d.* L. 37. & L. 20. *pr. ff. eod.* Si enim grave & atrox est delictum, quale est homicidium, a pœna excusari non potest mandatarius, ne atrocia delicta in suis autoribus impunita maneant, & pernitioso exemplo alii ad tale quid audendum invitentur L. 20. *ff. de O. & A.* L. 8. *C. ad Leg. Jul. de vi.* L. 2. *C. de Sepulchr. violat.* Indulgendum quidem hic aliquid est huic metui, quia etiam fatua & injusta causa excusationem operari potest apud judicem, ast tantum non indulgendum, ut ab omni pœna mandatarius eximatur. Extraordinarie enim, & ita tamen mitius quam si reverentialis metus abfuisset, puniendus erit. Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. qu. 60. n. 16.* Menoch. *de A. J. Q. Cas. 354. n. 12. & 22.* Tiraquell. *Tract. de Pœn. temp. caus. 34. seq.*

Non expedit semper consilium sequi viri venerandi.

XXXII Consiliis sæpe magna vis inest, ut ad sequendum invitent, & tunc inprimis quando ab homine proveniunt, quem veneramur & metuimus, quia accipiens consilium cogitabit facile; nisi sequatur istud, virum illum venerabilem hoc ægre laturum esse, eumq; sibi in aliis rebus dubiis consi-

consilio suo non adfuturum, qvasi spreverit antehac illum, & ad consulendum sibi ipsi satis sufficiat. Sed cujus damno erit, si, qvis secutus est consilium, siniſtrum postea ejus sentiat eventum, utpote si vir senex & de experientia clarus, Mevio dedit consilium fœnerandi pecuniam suam, Mevius autem dedit debitori non satis idoneo, a qvo nec sortem recuperare nec usuras accipere potest, certe hoc damnum ad senem non pertinet sed ad solum Mevium, qvia nemo alterius consilia seqvi obligatur, sed liberum habet arbitrium apud se explorare, an datum consilium expediat, & an illud seqvi possit an vero negligere velit. Consilia enim excitant tantum ad deliberandum, sed non obligant ad seqvendum §. 6. J. L. 2. §. *ult. ff. Mandati.* Qvod procedit, si, uti casum figuravimus, generale sit consilium, qvod nullis persvasionibus conjunctum, qvibus qvis ut illud seqvatur inducitur, aut si non sit consilium fraudulentum. Ex speciali enim & frauduloso consilio dans illud etiam accipienti ad damnum refundendum obligatur, qvod inde obvenit, & qvidem priori casu mandati actione conveniri potest, qvia tale persvasorium consilium notissimos consilii terminos egreditur, & in mandatum abit *L. 6. §. 5. ff. d. t.* in posteriori autem casu contra eum actio de dolo competit, ne alicujus dolus aliis noceat *L. 47. ff. de R. J. c. 62. X. de R. J. L. 26. §. fin. ff. de. Noxal. act.* Lauterb. *de Consil. eorumqve jure Part. 2. cap. 1. & 2.* Opus tamen est, ut contra consilium dantem fraus & persvasiones probentur, qvia facti sunt, qvæ non præsumuntur, præcipue qvia omnis præsumtio fit in partem meliorem *L. 51. ff. pro Socio. L. 56. ff. de R. J.* Scheffer. *Lib. 2. Pract. qvæst. 5. n. III.*

XXXIII. Ut ex qvasi contractibus hic qvoqve aliqvam speciem attingamus, hereditatis & rerum communio se præ- *In rerum & hereditatis communione*

grave est socium ex reverentia timere.

cæteris considerandam offert. Accidit præter intentionem, qvod qvis, vel ex lege vel facto hominis scilicet dispositione Testatoris vel donantis, cum viro aliqvo venerando in rei alicujus communionem incidat. Vir ille difficilis est ad expensas dandas, qvæ in rei conservationem reqviruntur, pronus vero in lucri portiones, & qvidem majores recipiendas, qvam fert pars sua in re communi. Qvando alter qvi rem communem administrat in ejus utilitatem qvædam facienda suscipit, vir ille prohibet, & qvia in re communi melior ratio prohibentis est *L. 28. ff. Commun. divid.* ejus opinio prævalet, hinc in discordias & rixas occasio nascitur. Isti si obstet metus reverentialis, qvo minus a communione discedat, uti potest de jure, qvia nemo invitus in communione detinendus, qvæ mater discordiarum appellatur *L. 77. §. 20. ff. de Legat. 2. L. 8. ff. & L. f. C. Commun. divid.* adeo ut & pars nolentis dividere seqvestrari, & reliqvis sociis suæ portiones adjudicari possint Brunn. *ad Wes. tit. Famil. erciſc. qv. 20.* indies crescentem numerum molestiarum sentiet. Præterea propter administrationem rei communis ad levem culpam præstandam & ad rationes reddendas alteri manet obnoxius *L. 20. ff. Commun. divid. L. 25. §. 16. ff. Famil. erciſc.*

In qvantum sibi doceat creditor debitorem qvem veneratur ad solutionem non compellans.

XXXIV. Paucis etiam ostendemus, qvid Metus reverentialis circa modos dissolvendi obligationem operetur. Qvi ex isto Patrem, Dominum, Præceptorem, &c. non interpellat de solutione facienda, & ne qvidem tunc, qvando a solvendis usuris cessant, primo ratione usurarum sibi præjudicat; quod nullas amplius exigere possit, qvando ad alterum tantum creverint, seu fortem exæqvaverint *L. 26. §. 1. ff. de Condict. indeb. L. 27. §. ult. C. de Usur.* Sande. *lib. 2. Decis. Frisic. tit. 14. def. 5.* deinde etiam ratione sortis, qvæ

qvæ propter varios & inopinatos casus facile perire potest, dum debitor ad incitas redactus. Posito qvoqve, non eqvidem debitorem in tantam egestatem conjectum esse, ut omnibus mediis solvendi destituatur, pauper tamen factus, erga qvem creditor reverentiam habere debet, beneficium competentiæ habet, vi cujus creditor solidum ab ipso exigere neqvit, sed alimenta ex bonis suis ei relinqvere tenetur pro conditione & qvalitate personæ debitoris *L. 13. & 125. ff. de V. S. L. 173. ff. de R. J. §. 37. & 38. J. de Act.* Dn. Stryk. *de Jure Reverent. Disp. 2. Membr. 2.* Carpz. *P. 1. C. 32. D. 17.* Coler. *de Proc. Execut. P. 2. c. 3. n. 120.* Mantz. *Decis. 3. qv. 3. & 4.* & de residuo solvendo demum agere potest, qvando debitor ad pingviorem fortunam pervenit, ac interea spe fore ut tandem solvatur contentum vivere oportet Hartm. Pistor. *lib. 2. tit. 18. Observ. 2. n. 9.* Hunn. *in Encyclop. Jur. P. 2. tit. 29. c. 3.*

Debitor a creditore solutionem acceptare recusante se oblatione debiti liberare potest.

XXXV. Viceversa debitor, a qvo creditor solutionem sortis una cum usuris acceptare recusat, ut in futurum ad usuras præstandas illum obligatum retineat, retinet periculum sortis, qvando metuit contra creditorem adhibere remedia, qvæ in tali casu pro dissolvenda obligatione concesserunt jura. Potest enim debitor, qvi rerum suarum liberam administrationem habet, creditori suo offerre solutionem debiti *L. Acceptam. 19. C. de Usur. L. 9. C. de Solut.* Qvæ oblatio tamen fieri debet reali debiti repræsentatione, ejusqve totali cum usuris, in eadem qvalitate & bonitate, qva fuit tempore contractus, loco opportuno & idoneo, tempore justo, testibusqve præsentibus. Si oblatam hanc solutionem creditor acceptare recuset, debet debitor competentem judicem adire, ei factam oblationis recusationem recensere, coram eo pecuniam integram, aut aliam rem

debitam exsolvere, solutam obsignare & in curia aut alio securo loco deponere, tandemq; ibi depositam relinqvere vid. Schultz. *de Oblatione, Obsignatione & depos. pecun. deb. cap. 4.* Francus *de Fidejuss. c. 7. n. 38.* Negusant. *de Pignor. P. 5. pr. M. 3. p. 2. n. 9.* Crusius *de Jure offerendi cap. 9.* Facta hac solenni oblatione, debitor invito creditore ipso jure liberatur, usuras amplius præstare non cogitur, pignora & fidejussores liberantur, & periculum ac interitum rei debitæ non amplius sustinet. Res autem illa deposita arbitrio creditoris jacet, qvam qvidem pro lubitu petere potest, debitorem tamen amplius convenire neqvit, sed agens exceptione solutionis repellitur *d. L. 19.* Schultz. *d. l. cap. 5.* Bartol. *ad L. 13. ff. de Distract. & pignor.* Zanger. *de Except. P. 3. c. 2. n. 83.*

M. R. qvid obstet creditori in delegatione debitoris.

XXXVI. Posset creditori qvoqve nocere ex M. R. consentienti in debitoris delegationem, si ille pupillum sine tutoris sui autoritate in sui locum delegaret, & in eum creditor consentiret. Nam hoc casu qvidem debitor delegans liberatur ab obligatione sua *§. 3. J. Qvib. mod. toll. oblig.* verum creditori pupillus delegatus inutilis est, qvia sine autoritate tutoris obligari non potest *L. 1. in f. ff. de Novat.* & creditori M. R. alleganti regeritur, qvod, qvi cum aliqvo contrahit, non debeat esse ignarus ejus conditionis cum qvo contrahit *L. 19. ff. de R. J.*

Ob injurias illatas seponenda reverentia erga Magistratum & Ecclesiæ Ministrum

XXXVII. Transeamus ad delicta. Qvamvis pro Magistratu aut Ecclesiæ ministro stet præsumtio, qvod, qva usi acerbitate erga aliqvem, ea non sint usi animo injuriandi, sed potius corrigendi aut corripiendi delinqventem *L. 2. C. de Offic. Civil. judic.* attamen si constet, qvod fiducia officii sui aliqvem injuriose tractaverint, vel qvod Ministri Ecclesiæ odio & stomacho indulgentes in publico suggestu

non

non tam vitia qvam personam notare intenderint, & ex privato affectu verbis injuriosis in aliqvem invehere ausi sint, illum nominando vel ita describendo, ut omnes qvis ille sit intelligere qveant, injuriarum nomine etiam conveniri possunt, nec propter officium suum excusari merentur. De Magistratibus textus est in *L. Nec Magistratibus 32. ff. de Injur.* ad qvam vide Heber. *de Fiducia Magistratus* vom ungerechten Obrigkeitl. Ampts Trotz De Ecclesiæ Ministris vero agit *Rec. Imper. de Anno. 1530. §. 55. in f.* conf. Großgebauer in der Wächter-Stimme. *cap. 9.* Carpz. *in Jurisprud. Eccles. lib. 3. Def. 98. n. 13.* Wissenbach. *ad ff. P. 2. Disp. 30. th. 17.* Harprecht. *ad §. 11. J. de Injur. n. 31.* Müller. *de Pœnitent. Eccles. cap. 4. n. 69.* Qvi ergo ex qvadam reverentiæ religione erga istas personas, cum revera injuriam ab illis passus sit, nollet illam vindicare, sed mallet tacite deglutire, si præter reverentiam nullam aliam haberet causam, ob qvam contemnere posset illatam injuriam, is exinde non saltem præsumtione pravi hominis sese oneraret, sed & viri indecoris, qvi ex vana timiditate ad libertatis & juris sui defensionem se mollet accingere, cum tamen non privata sed publica injuriarum executione honoris sui rationem habere posset Pufend. *Diss. de Existimatione §. 14.* Simon. *Disp. de Act. injur. Sacerdot. concernent. Membr. 2. th. 2. seqq.*

XXXVIII. A delictis committendis justissime abstinemus ex M. R. sive eundem habeamus erga Deum, sive erga ejus in his terris Vicarios. Ita a perjurio vel a blasphemiis ob istum metum nobis recte cavemus, qvandoqvidem non ignoramus, istiusmodi delicta tam Deum habere ultorem *2. Reg. XIX. add. Levit. XXIV. 13. 14.* qvam qvoqve Judicem in his terris, ne ex contemptu Dei integræ Respubl. & civitates

A delictis committendis ob M. R. erga superiorem recte abstinemus.

vitates puniantur, aut per terræ motus, peſtilentias vel fames intereant & devaſtentur *Nov. 77. c. 1. §. 2. Rec. Imp. de Anno. 1548. Tit.* Von Gottes-Läſterungen §. Nachdem - Blasphemia enim, qvæ immediate in Deum commiſſa, punitur hodie ultimo ſupplicio, & qvæ mediate per vulnera & ſacramenta Chriſti, pœna pecuniaria, relegationis vel carceris *Jus. Culm. lib. 5. P. 2. tit. 1. cap. 1. & 2.* Carpz. *Pr. Crim. qv. 45. n. 17. ſeqq.* Perjurium autem in caſu violatæ Urphedæ, pœnam abſciſſionis duorum digitorum, qvibus juratum habet, in aliis cauſis pœnam arbitrariam, qvæ ad mortem extendi poteſt, & ſimul perjurus damnatur ad reſtitutionem damni Læſo ex perjurio illati *Artic. 107. & ſeq. Conſt. Crim. Carol. Jus. Culm. d. P. 2. tit. 3. cap. 1. & 2.* Dantziger Willkühr *P. 2. c. 6. art. 9.* Carpz. *qv. 46. n. 43.* A maledictis qvoqve erga Principem ob iſtum metum abſtinendum eſt, de qvorum Pœna Theodoſius, Arcadius & Honorius agunt in *L. un. C. Si qvis Imper. maledix.* ut, ſi ex ebrietate maledicta proveniunt, ſint condonanda, ſi ex leuitate contemnenda, ſi ex inſania commiſeratione digna, ſi vero ex injuria, remittenda. Qvod verbum remittere non capiendum de plenaria condonatione, uti qvidem putat Perez. *ad C. d. t. n. 2.* ſed ejus ſenſus eſt, qvod judex ordinarius de hujusmodi injuriis cognitionem ſibi arrogare non debeat, ſed conviciantem remittere teneatur ad Principem maledictis ejus affectum, ut is ipſe dicti & Perſonæ qvalitate perpenſis dignoſcat, anne pœna & qva talis convitiator afficiendus ſit Theodoric. *Judic. Criminal. cap. 5. aph. 4. n. 52.* Ziegl. *de Jurib. Majeſt. lib. 1. cap. 2. §. 31.*

Pœna Blasphemiæ.

Et violatæ Urphedæ.

Pœna maledictorum in Principem.

Crimen læſæ Majeſtatis ob ſolam ſcientiam punitur.

XXXIX. Optandum eſſet, Metum hunc reverentialem ſemper cauſam exiſtere apud inferiores, ut a delictis ſibi caverent, ſed conſtat, qvandoqve illum homines accendere

dere ad delinqvendum, ut patebit ex seqventibus exemplis. Crimen læsæ Majestatis, ut est atrociſſimum, ita etiam multis ſingularibus in jure est munitum, inrer qvæ refertur, qvod illo qvoqve crimine implicetur, qvi modo ſcientiam ejus habuit, nec id detexit, ita ut eadem cum vero deliqvente affici poſſit pœna, licet hunc ope aut consilio non juverit *L. 5. §. 6. C. ad Leg. Jul. Majeſt. verb. conſciis.* Ziegl. *d. l. §. 47. ſeq.* Huber. *Prælect. ad ff. d. t. §. 4. vid. Diſp. noſtra de Scientia delicti punita Sect. poſter. §. 19.* Diſſent. Wiſſenbach. *ad ff. P. 2. Diſp. 34. th. 13.* Hoc exemplo ſuo probat Franciſcus Auguſtus Thuanus, Jacobi Auguſti Thuani Præſidis Parlamenti Pariſienſis & Hiſtorici incomparabilis filius, qvi, qvod noverat Cincqmarium Ludovici XIII. Regis Galliæ Eqvitum Magiſtrum contra Regem ſuum & Cardinalem Richelium conſpirare, & hanc conſpirationem non detexerat, A. 1642. ultimo ſupplicio affectus, a qvo liberari non potuit, licet allegaret a Cincqmario ſibi fuiſſe perſvaſum, iſtam conſpirationem eventu ob intervenientem pœnitentiam carituram; qvin licet probaret, ſe ſalva ſua exiſtimatione & ſine gravi periculo iſtius conſpirationis potentes complices, qvi erant Dux Aurelianenſis & Dux de Bouilion convincere non potuiſſe vid. *L. 8. in f. C. de Calum. L. ult. C. de Accuſat. L. 3. C. ad L. Jul. Majeſt.* Harprecht. *ad §. 3. J. de Publ. judic. n. 52.* Ziegl. Im Labyrinth der Zeit *n. 135.* Eraſm. Franciſci. im hohen Trauer Saal *Part. 4. hiſt. 33. & 34.* Apparet exinde qvam male ſaluti ſuæ proſpiciat filius, qvi ex reverentia erga patrem proditoria ejus consilia celat, qvem ab ultimo ſupplicio non excuſabit, qvod ex M. R. tacuerit, nam Patriæ ſalus ſaluti patris longe præferenda est *L. Minime 35. ff. de Relig. & ſumpt. funer.* Perez. *ad Cod. tit. ad L. Jul. Majeſt. n. 10.* Zœſ. *ad ff. d. t. n. 12. & 13.*

Exemplum Thuani junioris.

Cavendum filio, ne id recetiat ob reverentiam erga patrem.

XL. Non

Exempla infanticidii ex metu erga parentes commissi.

XL. Non fingeremus casum, nisi ex actis constaret, infanticidia qvandoqve committi a matribus, ex metu erga parentes eorum, ut justam iram admissæ imprægnationis evitent. Ita enim apud Carpz. *in Prax. Crim. qv. 18. n. 52. & 53.* de duplici casu legimus, in qvorum primo ita pronuntiatum. So möchte sie wegen der an ihrem eigenen Kinde begangenen und bekandten Mord-That nach Gelegenheit desfals / weil sie in grosser Angst gewesen / und was sie gethan wäre aus grosser Furcht vor des Mannes Mutter geschehen / wegen der beysorge die Mutter hätte doch hernacher dem Sohn ihrem Ehemanne angezeiget / das er von ihr entlauffen wäre / und da sie kranck worden / hätte sie mit diesen Worten die Mutter umb GOttes willen gebethen / Muttrichen / Muttrichen holet mir die Wehmutter / aber solches nicht erlangen noch erbitten können / mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gerichtet und gestraffet werden. In altero casu his verbis sententia concepta! Es wolte denn die hohe Obrigkeit in Ansehung / das sie sich ihrem anzeigen nach vor ihrem Vater gewaltig gefürchtet / Gnade erweisen / auff den Fall möchte sie mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gerichtet uud gestrafft werden. Ex utraqve sententia constat, profeciſſe hunc metum reverentialem in crimine Parricidii ad mitigationem pœnæ, qvæ gladii fuit, cum dictanda fuisset alias pœna culei, nempe qvia qvælibet justa opinio, & sic etiam metus iste excusat & a pœna ordinaria liberat Carpz. *d. l. n. 49. seq.*

An invasus a persona veneranda illi parcere & eadem con-

XLI. Hic qværitur, si persona me invadat, erga qvam mihi est metus reverentialis, & ab ejus invasione mihi immineat vitæ periculum, an isti tenear parcere & cædem

contra

contra me intentatam admittere? Nos, ut paucis respondeamus, tuemur negativam sententiam, firmissima tamen ratione munitam, quod in pari cum altero periculo ex naturali amore sui ipsius, quilibet sibi ipsi potius quam alteri consulere teneatur, ne alias charitas in proximum fiat crudelitas in se ipsum. Nemini enim hominum jus quoddam in se ipsum aut vitam suam concessum est, hinc nemini quoque permissum est, ut patiatur ab alio vitam sibi injuste auferri, cum parum absit, ut hoc modo se ipsum occidisse videatur Farinac *Pr. Cr. qu.125. n.23.* Hilliger. *in Donell. lib.17. c.2. lit.D.* In Principe saltem exceptio est, qui me invadens, non ut putat Bachov. *ad Tr. V.2. D.32. th.6. lit.f. & ex eo* Struv. *de Vindicta privata c.4. aph.4. n.1.* latronis personam induit, sed Princeps manet, quoniam uti dominia, ita & imperia delinquendo non amittuntur, nisi lex id statuat. Itaque ille persona sancta manet & multis utilis, cui cum cæde invasi etiam cedendum, ne in periculum tota Respublica perducatur Grot. *de J. B. & P. Lib.1. cap.4. §.7. num.6.* Dn. Becmann, *Disp. de Pietate Subdit. erga Princ. cap.2. §.8.*

contra se admittere teneatur? Neg.

Nisi Princeps invadat.

XLII. Præter Principem autem nemo alius erit, qui ob metum reverentiæ in vitæ discrimine ab invaso conservari deberet, ne quidem Dominus feudi. Existimat quidem Dn. de Rhets *Comment. in Jus feudale commun. Lib.1. tit.5. p. 228.* in æquali periculo vasallum Domini salutem propriæ præferre teneri, ex hac inprimis ratione, quia vasalli militum jure censentur, quibus turpe non solum, sed etiam capitis periculo foret, stipendio emptam animam in prælio pro domino reddere horrere. Verum quando consideramus vasallum ut vasallum, qui non simul subditus est domini, non potest ille commode censeri jure militum,

An vasallus a Domino feudi invasus cum cæde sua eum conservare debeat? Neg.

qui pacto pro ſtipendiis obligantur ad vitam perdendam pro ſalute domini, quod pactum ubi non expreſſe interpoſitum, nec initum præſumitur inter vaſallum & dominum pro ſolo feudo conceſſo. Hinc ex ordinatæ charitatis officio etiam hic vaſallus prius ſui rationem habere tenetur *arg. L. Præſes 6. C. de Servit.* & demum poſtea domini. Certe, ſi modo caſus ita formetur: An ſcilicet Nobilis a ruſtico aliquot jugera feudi nomine tenens vitam ſuam vitæ ruſtici poſtponere debeat? Deciſio in oculos incurret Dn. Stryk. *in Exam. Jur. feud. cap 23. qu. 39.*

Filia patri ad inceſtum obſequioſa pœna capitis non afficitur.

XLIII. Ex ratione in fine §. *40.* prolata decidi poteſt caſus de filia cum patre inceſtum committente, an poſſit pœna inceſtus ordinaria remitti. Et ſi adhuc minorennis fuerit, & pater eam blandis verbis ad inceſtum pellexerit, perſvadendo eidem, quod ſine exceptione in omnibus rebus ſibi morem gerere teneatur, filia autem patrem timens in ſui copiam conſenſerit, hoc caſu remiſſa pœna gladii, qua ordinarie inceſtus inter aſcendentes & deſcendentes punitur, illa ſaltem virgis cæditur & in perpetuum relegatur Carpzov. *qu. 72. n. 47. ſeqq. & P. 4. C. 22. D. 3.* Müller. *ad L. 4. ff. de R. J.* Reſpicitur nempe hic ad obſequium filiæ, ob quod non liberum habuiſſe præſumitur arbitrium *L. 4. ff. de R. J.* quod cauſa eſt cur pœna gladii mitigetur. Quanquam contra dictamen rectæ rationis eam egiſſe haut negari poſſit, cum ex eo aſſequi potuerit, rem nefariam eſſe in patris concubitum conſentire, & inde nec ab omni pœna immunitatem conſequitur.

Grave eſt crimen raptus & gravis ejus pœna.

XLIV. Raptu virginum vel viduarum graviter delinqui dubium non habet, quia raptor parentes raptæ perſonæ graviter contriſtatur, animi mores in rapta corrumpit, & propter vim adhibitam in ipſam Rempubl. injurius eſt

Anton.

Anton. Matth. *de Crimin. Lib. 48. tit. 4. c. 6. n. 5.* Indeque contra raptorem ejusq; socios gravissima pœna constituta est, nempe ultimum supplicium, bonorum confiscatio & infamia *Lun. C. de Rapt. Virg. Nov. 143.* Farinac. *Pr. Crim. p. 5. qu. 145.* Jul. Clar. *Lib. 5. §. Raptus n. 35.* quæ pœna adhuc obtinet, licet rapta persvasionibus, muneribus aut blanditiis inducta in raptum consenserit *d. L. un. L. 1. §. 3 ff. de Serv. corrupt.* Theodoric. *in Judic. criminal. cap. 6. aph. 8. n. 7.* Farinac. *d. qu. 145. n. 104.* aut metu compulsa secuta raptorem *arg. L. Extat 13. ff. Quod met. caus.* Decian. *Tract. Crim. Lib. 8. c. 13. n. 12.* Quid si vero filia alicujus amet quendam Juvenem, & cum eo matrimonii fœdere conjungi exoptet, vereatur autem Patrem, quem in sponsalia cum isto Juvene non consensurum credit, an si sponte consentiat in raptum, ista pœna adhuc obtinet raptu secuto? Equidem non dubitandum tam raptam quam raptorem graviter offendere parentes, nam illa non implorando parentum consensum eos contemnit, hic in re pessimi exempli versatur, interim tamen, quia raptus esse nequit, ubi in raptam nulla vis adhibita, pœna quoque ordinaria raptus obtinere non potest. Nihil obstat, quod Imper. in *d. Lun.* statuat non minus eum qui volentem, quam qui nolentem abducit pœna raptus afficiendum esse, nam volentem ex insidiis & persvasionibus inductam præsupponit. Quando vero ipsa puella sponte in raptum consentit, imo svadet & literis invitat Juvenem ut eam rapiat, ne patris superveniente indignatione ipsi conjungi prohibeantur, vis omnis & dolosa persvasio absunt, consequenter etiam pœnæ raptus locus amplius esse nequit Ruin. *Vol. 4. Cons. 122.* Decian. *Tract. Crim. Lib. 8. c. 7.* Carerius *in Praxi Crim. vers. hinc nota occasio.* Theodoric. *d. l. n. 9.* Inprimis si Jus Canonicum

An obtineat ista pœna si filia consentiat in raptum, quando patrem in sponsalia cum raptore non consensurum credit? neg.

& Praxin hodiernam inſpiciamus, quibus matrimonium inter raptorem & raptam permittitur, ſi rapta, ſaltem poſt raptum raptori nubere velit, idque favore matrimonii contrahendi, quanto magis ſi ea ſtatim ab initio in matrimonium raptoris conſentiat, illud concedendum & pœna ordinaria raptus remittenda erit *c. pen. & ult. X. de Raptor.* Carpz. *qu. 75. n. 68.* Lynk. *ad X. tit. de Raptor. §. 3.* Harprecht. *ad §. 8. J. de Publ. judic. n. 44.* Quanquam non negemus pœnam quandam extraordinariam delinquentibus dictari poſſe, ob læſos parentes & turbatam ſecuritatem publicam Brunn. *ad L. un. C. de Rapt. virg. n. 20.*

An citari poſſit Princeps?

XLV. Reſtat ut pauca quædam de Judiciorum materia adjiciamus. Ordimur vero ab in jus vocatione ſeu citatione, a qua per Judicem impetranda aliquem terrere poſſet reverentia erga citandum adhibenda *arg. L. Generaliter 13. ff. de in jus voc.* Quæſtio itaque eſt hujus loci, an prohibeamur citare perſonas, quibus ad reverentiam obligati ſumus? De Principe quidem certum, quod ob ſuperioritatem ſuam non agnoſcat Judicem a quo citari poſſet. Fieri tamen poteſt, quod ille ex amore erga juſtitiam ſubditum ſuum contra ſe experiri patiatur, vel quod in legibus fundamentalibus cauſæ Principum & ſubditorum ad certum Tribunal referantur *vid. Aur. Bull. c. 5.* vel quod ex pacto, privilegio aut præſcriptione agnoſcat aliquem judicem, quibus in caſibus etiam Princeps legitime citari poteſt, adhibita ſemper debiti honoris allegatione Dn. Stryk. *in Uſu Mod. Pand. tit. de in jus voc. §. 4. ſeq. & in Diſp. de Foris Germ. ſing. cap. 2. & ſeqq.* Dn Becman. *Diſp. de Pietate ſubd. erga Princ. cap. 2. §. 9.*

An Magiſtratus inferior?

Quod Magiſtratus inferiores attinet, & illi hodie conveniri ac proinde etiam citari poſſunt, ne ſubditus jure ſuo, quod contra Magiſtratum habet, excidat, ſive ſint illi perpe-

perpetui ſive temporales, modo Princeps citationem indulgeat, nec putet ex certa cauſa eam differendam eſſe, & modo hic quoque cum præfatione honoris citatio peragatur Lauterb. *Coll. theor. pract. tit. de in jus voc. §. 6.* Brunn. *ad Weſenb. d. t. qu. 5.* Hahn. *in not. ad eund. n. 5.* Etiam Vaſallus contra feudi dominum citationem impetrare poteſt, ſi itidem id fiat modeſte & cum reverentia Brunn. *d. l. qu. 4.* Struv. *S. J. F. cap. 11. th. 3. n. 2.* Et in genere contra omnes, quibus reverentia debetur, audiuntur citationem impetraturi, quia citatio non ut olim in jus vocatio ſit privata autoritate, ſed publica, judicis ſcilicet, qui illam concedendo dijudicat, nihil ac ipſa fieri contra reverentiam citandorum, de quibus pluribus agit Dn. Stryk. *Diſp. de Jure Reverent. ejusq. ſpecial. Effect. Membr. 3.* Unde colligimus, ſibi præjudicare, qui jus ſuum contra ſuperiorem ex M. R. in judicium deducere & eum citare non audet.

An dominus feudi.

An in genere omnis quem veneramur?

XLVI. Hoc evicto, dictas perſonas citari poſſe, quia citationes fiunt exercendæ actionis gratia, ſua ſponte ſequitur, illas non eſſe metuendas, quo minus competentibus actionibus conveniantur. Sunt enim actiones remedia, quibus perſequimur in judicio id quod nobis debetur *pr. J. de Act.* quæ, poſita obligatione, non poſſunt non licite inſervire ad illius perſecutionem *L. 2. ff. de Jurisdict.* Cavendum tamen ne utamur actione famoſa ut doli, furti, injuriarum & ſimili contra perſonam a nobis venerandam, cum famam & reverentiam illarum ſuggillet ac contemptum erga illas præ ſe ferat *L. 2. ff. de Obſequ. parent. & patron. L. 4. §. 16. ff. de dol. mal. & met. except. L. 8. in f. L. 11. §. 1. ff. de Accuſat. L. 20. & ſeq. ff. Qui accuſ. non poſſ. 2. F. 22. 2. F. 23. 2. F. 6. & 7.* ſed ſi forte opus ob injuriam vel damnum illatum agendi contra talem perſonam, actione in factum

Actione quoque convenirà poſſunt perſonæ venerandæ.

Modo abſtineamus ab actione famoſa.

factum utendum erit & verbis civilioribus, quod actor nihil intendat contra reverentiam & honorem rei, sed quod simpliciter judicis officium imploret, cognoscendi in quantum ille obligatus sit ad satisfactionem & damni reparationem *L. 11. §. 1 ff. de dolo malo. L. 7. §. 2. ff. de Injur.*

An advocatus a munere suo se subtrahere possit ob M. R. contra superiorem?

XLVII. Judicium constituunt etiam quædam personæ, quæ salvo quidem eo abesse possunt, commoditatis tamen gratia adhibentur, ut prosint vel judici vel litigantibus. Ex illarum numero sunt Advocati, qui sæpe se suo muneri subtrahunt, quando implorantur a subdito, cui causa intercedit cum Magistratu vel alio superiore, quod timeant eundem, aut plane aliquam pœnam metuant. Verum si causa subditi justa sit, metus ille reverentialis causa esse non debet, quo minus officium suum, quod publicum est *L. Advocati 14. C. de Advoc. div. judic.* & per conscientiam nemini negare possunt, contra Magistratum præstent. Alias se abstinere a tali officio est miseris defensionem denegare, simplicitatem defraudare ac innocentiam opprimere, atque ita ab eo injuriam innocenti inferre a quo tamen jura proficisci debent *arg. L. Meminerint 6. C. Unde vi* Mev. *P. 1. Dec. 55.* Carpz. *Part. 1. Const. 1. Def. 21.*

Testes sine M. R. testimonium perhibere debent.

XLVIII. Sunt & in testimonii dictione personæ difficiles, si causa concernat superiorem ob metum reverentialem. Verum favore eruendæ veritatis, ne ea suppressa periclitetur justitia, illum timorem seponere debent, & quoties jura contra superiores testimonia non reprobant vid. *L. 3. §. pen. ff. L. 6. 8. & 12. C. de Testib. c. 3. §. Parentes C. 4. qu. 3.* testes sine respectu personæ veritatem dicere tenentur. Hunc in finem formula juramenti Testium concipitur, quæ in plerisque Judiciis talis est: *Ego N. N. juro, quod Veritatem, quam scio & notam habeo, de ea re, super qua in causa N. N.*

N. N. & N. examinabor, dicere, nec pretio, nec amore, nec TIMORE, *nec odio, seu pro alio quovis commodo, eam silentio præterire velim, ita me Deus adjuvet & sancta ejus Evangelia* vid. Martini *in Comment. Forensi ad Ordin. Proceſſ. Judic. Saxon. Tit. 20. §. 3. n. 84.* Rosbach. *in Proceſſ. Judic. Tit. 57. n. 20.* Lange. *Iſagog. ad Proceſſ. Jur. Civ. & Saxon. cap. 55. n. 78.* Hic Gedani. ſub ſequenti formula teſtes jurant: **Dieweil ich N. durch GOttes und rechtens Verordnung willen zum Zeugnüß hierzu erfodert/ ſo ſchwere ich/ das ich in der gantzen Sachen zwiſchen N. und N. ſo viel ich darumb befraget werde/ und mir bewuſt iſt/ meine Wiſſenſchafft und Wahrheit getreulich auſſagen ſol und wil für beyde Parte/ und ſolches nicht laſſen noch anders thun wil umb Lieb/ noch umb Leyd/ noch umb Gaben/ Geſchencke/ Freundſchafft/ auch nicht Haß/ Neyd und Feindſchafft/ auch nicht umb irg keiner Furcht willen &c. vid. Willkühr der Stadt Dantzig.** *P. 2. cap. 1. art. 9.*

XLIX. Condemnatus ſententia judicis qui ab ea non audet appellare, metuens ne judicem offendat, quoniam nonnulli judices injuriæ loco habent, quando ab illis appellatur, a lite repellitur, nec heredibus ejus redintegrandæ audientiæ facultas conceditur, quia metus talis vanus & improbabilis eſt *L. 2. C. de his qui per met. Jud. non appel.* Dn. de Rhetz. *Diſp. de Metu ejusque operat. c. 6. n. 5.* Alia eſſet, ratio ſi judex conſveviſſet appellantes in carcerem conjicere, eos verberibus tractare, aut pecunia mulctare, hoc caſu ſi ex metu horum aliquis ab appellando deſiſteret, ei hoc remedio ſuccurritur, quod intra decem dierum ſpatium coram honeſtis perſonis, hodie Notario & teſtibus conteſtari poſſit, appellaturum ſe fuiſſe, ſi judicis vehementiam

Quando metus appellandi a ſententia judicis noceat vel non?

tiam timendam non habuisset, quo facto litem prosequi potest, perinde ac si appellasset, proficitque hæc protestatio ad litem prosequendam heredibus suis, licet alias per protestationem non suspendatur effectus rei judicatæ *L. 2. d. t. c. ult. X. de Appell.* Brunn. *add. L. 2.* Dn. Stryk. *in Introd. ad Praxin. cap. 23. §. 11.*

Appellanti dandi sunt Apostoli Reverentiales.

L. Ad formam appellationis requiritur, ut Appellans a judice a quo Apostolos petat seu literas, quibus Judex ille Judici ad quem appellationis negotium denunciat, qui alias sine illis appellationem non recipit. De eorum numero & differentia videri possunt *Ddes ad Tit. ff. de Libellis dimissoriis qui apostoli dicuntur* ex quibus in foro in primis frequentantur Apostoli Reverentiales, qui sunt, in quibus judex a quo Judici ad quem significat, se in honorem & reverentiam ipsius interpositæ appellationi detulisse. Et hi cum nomine suo originem acceperunt ab obsequio & reverentia, quam gerit inferior judex erga superiorem, eumque, nisi sese ita gereret, metuit, quorum mentio occurrit in *c. Cordi. 1. de Appell. in 6.* & a Germanis appellantur Ehrenhafftige Apostel oder Abschieds-Brieffe Martini. *d. Tr. Tit. 10. §. 6. n. 656.*

Quomodo a refutatoriis apostolis differant?

De indole & effectu eorum judicari potest, si cum illis conferantur Refutatorii Apostoli, qui a judice inferiore dantur, quoties nulla subest justa appellationis causa, sed tamen ne partes conquerantur, illos indulget, & ibi refutat prætensa appellationis gravamina. Interim si forte judex a quo dederit refutatorios Apostolos, ut appellantem apud superiorem male commendet, hic nihilominus deferre potest appellationi, cum paria sint, num Judex a quo refutatorios Apostolos non dederit, an inepte & contra legem seu stylum Curiæ dederit Mev. *P. 1. Dec. 136.* Struv. *in Jurisprud. forens. Lib. 4. tit. 19. §. 16.*

LI.

LI. Ob metum Executionis peragendæ, cum antea quis ex contractu vel delicto obligabatur, non est quod quis causam alleget ex qua posset restitutio indulgeri. Ideoque donans, qui allegat donatarium nolle obligatum esse pro debito, quod solvendum recepit pro donante, quodque hinc ad declinandam decretam executionem judicis rem donatam saltem solvere promiserit, frustra provocat ad Edictum Prætoris quod vi metuque gestum est, quasi non sponte sed vi adactus rem donatam præstare promiserit. Nam metus executionis improbus non est, ob quem saltem restitutio indulgetur, qualis a judice non infertur, pro quo semper militat justitiæ præsumtio, cujus metus si ad impugnanda judicii acta proficeret, nihil ex judicio constaret, cum judex semper metui debeat Mev. *P. 2. D. 41.* Si putet exequendus injusta esse judicis decreta, appellatione uti & legitimis remediis illa declinare & emendare tenetur, non de vi metuque queri Mev. *Part. 5. Dec. 273.*

Metus Executionis judicialis restitutionem non parit.

CAPUT V.

De Metu Reverentiali circa actus ultimæ Voluntatis.

I.

NOn est una omnium sententia circa quæstionem an Testamentum metu factum subsistat, & saltem ut alia coacta negotia remedio Prætoris sit rescindendum, an vero sit ipso jure nullum? Sed tam in illam quam in hanc sententiam reperiuntur Patroni, Priorem, quod Testamentum coactum valeat & rescissionem requirat propugnat Fachin. *Lib. 10. controv. 15.* Menoch. *de A. J. Q. cas. 395. n. 7.* Dauth. *de Testam. n. 19.* Ludvvell. *de ult. volunt. cap. 1. reg. 1. vers. contrarium.* Harprecht. *ad pr. J. de Test. Ord.*

Testamentum metu extortum non rescindendum, sed est ipso jure nullum.

n. 44. quia coacta voluntas etiam eſt voluntas, cum principium agendi ſit in eo qui metu coactus eſt, nec poſſit dici omnino invitus facere *L. 21. §. 5. ff. quod met. cauſ.* Verum re rectius conſiderata, quoniam in matrimonio & teſtamentis non quævis voluntas ſufficit, ſed liberrima requiritur, nihil enim eſt, quod magis hominibus debetur, quam ut ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus & licitum, quod iterum non redit arbitrium *L. 1. C. de S. S. Eccleſ.* ob voluntatem coactam teſtamentum ſubſiſtere non poterit. Verior ergo eſt altera ſententia, quod teſtamentum metu extortum ſit ipſo jure nullum, nec opus ſit reſciſſione Prætoris, quia remedia reſtitutoria, per quæ actus inter vivos reſcindi ſolet, ad ultimas voluntates non pertinent *arg. L. 1. ff. quod met. cauſ. L. 20. ff. de V. S.* Huber. *in Prælect. ad ff. tit. Si quis aliq. teſt. probib. vel coeg.* & quia ob teſtem in teſtamento coactum hoc totum fit nullum L. *20. §. fin. ff. qui teſt. fac. poſſ.* tanto hinc magis id nullum erit dicendum, ſi ipſe teſtator invitus per metum ad teſtandum coactus, cujus voluntati nihil magis potuit eſſe contrarium, quam metus L. *116. ff. de R. J.* Nec huic ſententiæ reſiſtit, quod hoc caſu legatur, negari actionem in L. *1. Si quis aliquem eſt. prob. vel coeg.* quia infirma conſequentia eſt negatur actio, Evalet teſtamentum. Potius ſequitur: Quia non datur actio, ergo nullum eſt teſtamentum. Atque hanc ſententiam ceu juri magis conformem defendunt Dn. Rhetz. *in Diſp. de Metu ejusque Operat. in jure cap. 5. n. 3.* Carpz. *P 3. C. 5. D 16.* Lauterb. *Coll. Theor. Pract. ff. Si quis aliqu. teſt. prob. §. 8.* Struv. *in Jurispr. forenſ. Lib. 2. tit. 20. §. 1. n. 5.* Vasqu. *de Succeſſ. Creat. L. 2. §. 17. requis. 2. n. 5.*

Multis modis metus

II. Eſt vero tale teſtamentum metu extortum, dictaque nullitate laborat, ſive ab ipſo ſcripto herede, ſive eo inſcio

ab

ab alio Testator compulsus fecerit testamentum Kurrer. *dissert. de Testam. coact. th. 29. seqq.* Sive metus in ipso actu testandi incussus, sive testamentum præcesserit Mantz. *de Testam. valid. & invalid. qu. 1. n. 37.* Petr. Peckius. *de Testam. Coniug. Lib. 1. cap. 10. n. 6. in f.* sive metus impressivus adhibitus per verba, cruciatus corporis vel alia atrocioris facti *L. 7. §. 11. L. 22. & 23. §. 1. ff. quod met. cauf.* sive concussivus, qui in minis gravioribus consistit, v. gr. si testamentum non fecerit, sit in sua infirmitate derelinquendus. **Sie wolte ihn liegen und verdorren lassen.** Brunn. *Cent. 1. Decis. 85.* quia in omnibus his casibus deficit libera testatoris voluntas. Quorsum etiam pertinent asperæ solicitationes & efflagitationes, si uxor dicat marito: Nisi ipsam instituat heredem, futurum esse, ut mœrore ipsa extingvatur, vel dies ejus decurtentur. Vel si uxor aspectum mutet, & vultum tanquam saccum infuscet, ut eo ipso maritum gementem faciat, de quibus & aliis vid. Kurrer. *d. l. th. 6. seqq.* Muller. *ad Struv. Exerc. 34. th. 52. lit. a.* *testatori incuti potest.*

III. Econtrario cum blanditiæ libertati voluntatis humanæ nihil officiant, testamentum, quod testator blanditiis commotus in gratiam alicujus condidit, non erit nullum *L. 3. ff. L. ult. C. Si quis aliqu. test. prob.* L. 21. *C. de Testam. milit.* Hinc si maritus blando sermone & maritali affectu ægræ uxoris animum placaverit & induxerit, ut ipsum instituere aut institutum non revocaret, ista institutio valida erit, quæ nec propterea irrita fieri potest, quod forte aliis testator quid reliquisset, nisi blanditiis ad testamentum istud commotus fuisset Molina *de Just. & Jure. Disp. 135. n. 6.* Dn. Stryk. *de Jure Blanditiarum cap. 4. n. 9. seqq.* In præjudicium enim alterius blanditiæ adhibitæ actum non vitiant, nam si aliter statueretur, nunquam locus esset legi *Blanditiæ non annullant testamentum.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [73] - 67

quæ permittit inducere testatorem blandis verbis ad testandum. Modo suggillationes & mendacia non concurrant, nec importunæ sollicitationes sæpiusque repetitæ preces adhibeantur, quæ violentiæ speciem habent, quibus testator non potest videri blando sermone captus, quam potius molestia affectus. Tales enim actum testamenti vitiant Hartm. Pistor. *Lib. 1. qu. 29.* Menoch. *de A. J. Q. Lib. 2. Cas. 395. n. 43.* Peretz. *ad Cod. tit. Si quis aliqu. test. prob. n. 2.* Meier. *Coll. Arg. d. t. §. 7. in f.*

An Testamentum ex M. R. factum sit nullum? neg.

IV. A nobis hic inprimis tractandum, an Testamentum ad quod faciendum quis ex M. R. inductus dici quoque possit ipso jure nullum? Fac Principem vel Magistratum ad lectum decumbentis stare, eumque rogare ut ipsum scribat heredem, aut decumbentem istum instruere, qualiter in alterius favorem concipere debeat ultimam suam voluntatem, cujus dicto obsequens est morti vicinus. Quod si jam in tali testamento legitimi heredes præteriti, dubitare licet, an testamentum possit ut nullum impugnari, quod magis ex reverentiali metu testator ad illud compulsus videatur, quam quod libera voluntate fecerit? Regulariter vero negandum testamentum tale nullum esse, quia metus reverentialis ut vanus non sufficit ad rescindenda negotia suis numeris perfecta Sande *Lib. 4. Decis. Frisic. Tit. 1. def. 11. vers. Porro obsequium* Cothman. *Vol. 3. Respons. 14. n. 29.* Lauterb. *d. l. §. 2.* In specie tamen, & si ad concurrentes circumstantias respiciamus, quando persona, cui testator magnam reverentiam debet, urget, instigat ut ab ipso instituatur heres, quando officia sua testatori præstita laudat, pro quibus in re, qua post mortem non indiget, præterire eum non deceret, nis casibus affirmari potest, testamentum tali metu elicitum nullum esse, quia nimia fuit talis reve-

Nisi importuna preces aut minæ accesserint.

reverentia, ex qua juſtus metus præſumitur *c. 11. X. de Sponſal. impub.* Gail. *t. O. 117. n. 4. in f.* Ex tali teſtamento enim non apparet libera teſtatoris voluntas, ſed ea coacta eſt, quam ſaltem expoſuit, ut a moleſtiis liberaretur & quieti redderetur animam ſuam Deo precibus circa inſtantem vitæ exitum commendandi Sichard. *ad tit. Cod. Si quis aliqu. teſt. prob. n. 4.* Mantic. *de Conject. ult. volunt. Lib. 2. tit. 7. n. 4.* Burchard. Berlich. *de Jure Noverc. P. 2. art. 2. ſect. 110. n. 793.* Mantz. *de Teſtam. valid. tit. 3. qu. 3. n. 25.* Quod ſi etiam cum reverentia terreant concurrentes minæ, quando pater vehementer urget, ut a filio ex aſſe inſtituatur heres, etiam tunc teſtamentum ipſo jure nullum erit Sande *d. l. in f.* Molina. *de J. & J. Diſp. 135. n. 7.* Wiſſenb. *ad ff. tit. Si quis aliq. teſt prob. th. 11.*

V. Dubium vero exoritur, an, Teſtamento ex tali metu nullo declarato, illud in omnibus ſuis partibus nullum ſit, etiam ſi metus illis cauſam non dederit, an vero tantum ſit nullum, quoad metus operatus fuit v. gr. quoad heredis inſtitutionem, quoad legata vero, fideicommiſſa aut alia ejus capita ratum & validum maneat? Verior eſt ſententia partes teſtamenti, quibus metus reverentialis cauſam non dedit, ſalvas manere, ne utile per inutile, quod ab utili ſeparari poteſt, vitietur L. *9. 20. 29. ff. de uſur.* L. *5. §. 2. ff. de Don. int. V. & U.* Ideoque ſi heredis inſtitutio ex M. R. elicita, legata ſalva manebunt, & viceverſa ſi ad hæc compulſus teſtator, heredis inſtitutio conſiſtit. Si e contrario conſtet totam teſtatoris voluntatem, tam quoad inſtitutionem quam quoad reliqua teſtamenti capitula coactam eſſe, omnes quoque ejus partes corruunt, & nihil ex iſta deberi certum eſt Carpz. *P. 3. C. 5. Def. 17.* Rhet. *de Metu juſto in jure Operat. cap. 5 n. 7.*

An teſtam. ex M. R. in omnibus ſuis partibus nullum ſit?

VI. De caſu egimus, ubi quis ex pondere reverentiæ

Ex eodem ex metu omiſ-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [75] - 69

tens condere testamentum, quando Fiscus ad ejus hereditatem admittatur.

ex quo metus oboriebatur, commotus ut testamentum faceret. Si quis ex eodem metu omittat edere ultimam suam voluntatem, ut vir quam venerabatur in integram hereditatem ab intestato succedat, si metus reverentialis in terminis suis maneat, viro isti haut obstabit, quo minus hereditatis compos fiat, quia eatenus metus sine effectu considerandus est. Verum si quoq; huic metui accesserint importunæ preces aut minæ, ob istum tanquam justum metum hereditas aufertur viro isti ut legitimo heredi, & defertur Fisco, ac præterea heres legitimus ad interesse tenetur illis, quos heredes scripsisset defunctus, si libere testamentum facere potuisset L. *1. & 2. ff.* L. *1. C. Si quis aliqu. test. prohib.* Peretz. *ad C. d. t. n. 1.* Hinc differentia apparet, an metu quis prohibitus an coactus testari, quia priori casu hereditas ab intestato delata Fisco adjudicatur, posteriori vero instituto adimitur & heredi legitimo defertur. Quamvis hoc ultimo casu etiam quidam Fisco locum faciant, commoti L. *1. pr. ff. d. t.* Peregrin. *de jure Fisci Lib. 2. tit. 6. n. 4. & 5.* Wissenbach. *ad ff. d. t. th. 11.* quia tamen illa lex de prohibente loquitur, & ratio juris dictitat, ne, cum testamentum tale per crimen compositum sit L. *1. C. d. t.* pœna ad alios extendatur, quam qui deliquerunt, heredibus ab intestato, qui nihil deliquerunt circa istud testamentum, auferri non potest hereditas, neque Fiscus, contra quem in dubio semper judicandum *arg.* L. *10. ff. de Jure Fisci* alieni criminis pœnam in occasionem alterius damni arripere potest Huber. *Præl. ad ff. tit. Si quis aliqu. test. proh. §. 2.* Dn. Stryk. *de Succeff. ab Intest. Differt. 12. cap. 1. §. ult.* Itaque si remotior ex cognatis vel unus ex æque proximis Testatorem metu tali ad testandum adigat, hoc innocentibus non nocebit, sed ab intestato succedent. Certe si ipse proximior heres testatorem

metu

metu compulit, ut ſolum ipſum ſcriberet heredem, hic limitatio admittenda erit, quod Fiſcus ipſi tanquam indigno hereditatem auferat Lauterb. *Coll. Theor. Pr. d. t. §. 9.*

VII. Vertamus jam caſum, &, ſi Teſtamentum conditum ob defectum ſolennium ſubſiſtere non poſſit, ſed nullum ſit, deſpiciamus, utrum heres ab inteſtato ob M. R. obligatus ſit ad ſervandam illam imperfectam voluntatem? Metus hic accidere poteſt vel ab inſtituto ibidem herede, vel ab eo qui Autor fuit ut defunctus teſtaretur, quique forte ipſe ultimam voluntatem in chartam conjecit, quæ tamen a teſtatore non ſubſcripta, vel aliis ſolennitatibus, quæ ſtatuta loci ad talem actum deſiderant, ob intervenientem ejus mortem, non munita. *In hoc negotio ante omnia diſtingvi debet Metus Reverentialis, quem heres ab inteſtato habet erga hominem, ab eo quem habet erga Deum.* Quod illum attinet, tuto negamus, heredem ab inteſtato ad ſervandam ultimam voluntatem de jure nullam, propterea quod reſpectū reverentiæ habeat erga inſtitutum heredem vel erga Autorem teſtamenti, obligatum eſſe, vel eo nomine in foro externo eum conveniri poſſe, quia ex *cap. 2. §. 4.* conſtat, metum talem vanum eſſe, nullumque de jure ad producendum aliquem effectum. Hinc quoq; ſi motus ille, ut ab initio producti teſtamenti ex iſto metu ſecundum illud ageret, nolit autem deinceps amplius ex iſto obligatus eſſe ad implendam defuncti voluntatem, is nullo jure cogi poterit, quia jure ſuo utitur, quod eſt, ut ipſe hereditatem defuncti capiat, quam lex ei detulit nullo ſecundum leges ordinato teſtamento relicto. Neque is, dum hoc facit, alicui infert injuriam. Non Teſtatori, qui in extraneum facultates ſuas pro arbitrio transferre non poterat, nec cavere, ne leges in ſuo teſtamento valeant L. *55. ff. de Leg. i.* Non

Teſtamentum de jure nullum heres ab inteſtato ex M. Ri in foro externo ſervare non tenetur.

here-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [77] - 71

heredi ſcripto aut Legatariis, quippe quibus ſine teſtamento ſolenni nihil debetur, ſed cogitare debent ſe fato magis, quam injuria tertii excluſos eſſe ab iſto commodorum genere. Nec viro tali venerando, qui teſtamentum ſcripſerat, injuria fieri dici poteſt, cum ejus nihil interſit an impleatur defuncti voluntas an non. Si autem ob eam rationem hoc ægre ferat quod ab ejus autoritate pendere nolit legitimus heres, parum eſt, quin hoc ipſo huic inferat injuriam, quia illum vult obligare ad præſtanda talia, quæ non lex nec ratio jubent, quin quia illi ſubtrahere vult hereditatem, cui naturæ ordo, leges patriæ ac ipſe Deus eam aſſignavit, & cui nunquam, ſi judiciali autoritate res decidenda foret, hereditas relicta per ſententiam judicis auferri poſſet. Quare modeſte Pertinax Imper. innuit, ſe ex teſtamento imperfecto, ubi litis cauſa heres inſtitutus, hereditatem non petiturum, nec ſe ut heredi legitimo, ob reverentiæ reſpectum erga ſe, aliquid juris decedat, conceſſurum eſſe, uti verba ejus ſunt. *Non enim admiſſurum ſe hereditatem ejus, qui litis cauſa Principem reliquerit heredem; Neque tabulas non legitime factas, in quibus ipſe ob eam cauſam inſtitutus heres erat probaturum, neque ex nuda voce heredis nomen admiſſurum, neque ex ulla ſcriptura, cui juris autoritas deſit, aliquid adepturum. Licet enim legibus ſoluti ſumus, attamen legibus vivimus §. ult. J. Quib. mod. Teſtam infirm.*

An in Foro Conſcientiæ?

VIII. Magis reverentia & timor erga Deum videntur conſtringere heredem ab inteſtato, eumque in conſcientia obligare, ut in voluntate Teſtatoris acquieſcat, eandemque juxta tenorem teſtamenti impleat. Et omnino ſi ex imperfecto Teſtamento in conſcientia oriatur obligatio, cauſa aderit cur veneretur Deum, & ab iſta voluntate defuncti non recedat, quia contra illam agendo, ſe reum facit iræ & pœ-

næ divinæ. Si autem nulla ex illo sit obligatio frustra erit a conscientia aliqvid exigere, qvod non est in obligatione, & peccato non carebit, eam sine causa terrere, & in ea morsus ac cruciatus excitare. *ad Colos. II. 16. Rom. XIV. 22.* Tali enim Præcisitate carnificina qvadam conscientiæ constringuntur contra libertatem, qvæ nobis ab ipso Deo relicta, & per multiplicatos scrupulos infirmiores maxime ad barathrum desperationis adigi possunt, qvod non potest non in illo peccatum esse, qvi talium observantiam citra Dei voluntatem exigit, de qva materia pluribus vid. Osiander *in Theol. Casuali. P. 2. cap. 10. p. 1535.* Balthasar Meisner. *in Collegio Adiaphoristico. Disp. de Libert. Christiana. 1. Th. 61.* & qvi primo loco nominandus Summe Rever. Dn. D. Schelguigius Vir de Ecclesia & Athenæo nostro summe meritus, a nobis Collegiali amore perpetim colendus *in Synopsi Controvers. sub. Pietat. prætext. mot. Art. 33. qv. 14.* Cæterum controversa res est, an heres ab intestato ex imperfecto testamento in conscientia ad implendam voluntatem defuncti obligatus sit, qvam in utramqve sententiam a Viris magni nominis tractatam reperire licet. Nobis in tanto conflictu tutior justiorqve ista esse videtur, qva distingvitur, an heres ab intestato sibi omnino persvadere possit, ita disposuisse & serio voluisse defunctum, ut refert imperfectum ejus testamentum; an vero adhuc dubitare possit, an ita serio voluerit testator, & si forte semel ita voluerit, an ad vitæ exitum constanter istam voluntatem retinuerit, anne ex causa qvadam ipsum ejus pœnituisse colligere possit. Qvod attinet priorem casum, si appareat testamentum qvoad voluntatem defuncti perfectum, sed ob solennitates qvasdam defectuosum, forte qvod saltem coram sex testibus conditum, vel qvod qvidem conditum coram septem, sed in qvo omissa testium

Affirm. si ex imperfecto testamento certa appareat defuncti voluntas.

rogatio, subsignatio aut subsigillatio, vel qvod testium cuidam objici possit aliqvid qvoad ejus habilitatem, dicendũ, heredem ab Intestato in conscientia obligatum esse ad agnoscendum tale testamentum, (1) qvia in foro conscientiæ sola spectatur veritas secundum simplicitatem Juris naturalis *c. 1. dist. 1.* qvæ si heredi appareat, & qvod nulla fraude voluntas testatoris elicita, ad qvam avertendem saltem solennitates ex Jure Civili requiruntur, ad illam implendam naturalis qvædam obligatio suberit, qvæ tenet heredem in conscientia. (2) qvia Jus Civile, qvod ob defectum solennitatum Testamentum nullum dicit, hanc naturalem obligationem non tollit, nec prohibet voluntatem Testatoris non solenniter declaratam implere, sed tantum ad hoc non vult compellere (3.) qvia ex L. *ult. C. de Fideic.* constat, solennitatem non reqviri, qvando indubitata fide manifestari potest testatoris voluntas, ibi enim sustinetur fideicommissum coram præsente & audiente herede relictum, licet debita solennitas adhibita non fuerit. His (4.) accedit, qvod *pr. J. de Fideic. hered.* habetur, ab initio fideicommissa nullam præstandi necessitatem habuisse, sed a pudore eorum, qvi rogati, dependisse, qvi proculdubio in foro conscientiæ ad ea præstanda obligati fuerunt. Atqve in hunc sensum admittendi Dd. qvi simpliciter heredem in conscientia ex imperfecto testamento obligatum statuunt, ex qvibus nominandi Molina *de Just. & Jur. Tr. 2. Disp. 81. n. 16. seqq.* Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 10. th. 5. lit. a* Zœs. *ad ff. tit. qvi test. fac. poss. n. 43. seq.* Vinn. *ad § 3. J. de Testam. Ord. n. 8.* Pufend. *de J. N. & G. Lib. 4. c. 10. §. 8.* Osiander. *Theolog. Casual. P. 3. cap. 5. qv. 2.*

Casus imperfecti testamenti & dubiæ testatoris voluntatis.

IX. Posterioris casus speciem ut prius videamus. Fac esse qvendam morti vicinum, qvi de relinqvendis bonis suis deliberat, virumqve præsentem, cui obseqviosa veneratione deditus,

deditus, consulit, num sine offensa fratris sui, qvem fixo amore per vitæ tempus prosecutus est, maximam partem bonorum suorum aliis dare possit, sola & vix integra legitima ex statutis fratri reservata. Svadet vir ille præsens & movet ex laude fratris, qvod ille Dei beneficio abundet vivendi rediis, eumqve non iniqve laturum esse suam dispositionem, vir qvoqve ille delineat & in chartam conjicit speciem ultimæ voluntatis, cui tamen testaturus subscribere veretur, priusqvam mentem fratris ratihabentis perceperit. Frater, qvi ignarus fuit horum omnium, vocatur ad testaturum, præsens cum eo tum de divinis tum de humanis loqvitur, & per aliqvod horas apud ipsum agit, sed ab eo ne verbum faciendæ dispositionis percipit. Vitæ testaturi terminus ultimus interim approperat, & is præsente fratre spiritum emittit. Hic decidi restat, num frater ab intestato succedens possit dici in conscientia obligatus, ad servandam voluntatem defuncti, qvæ in charta non ipsius sed alius manu conjecta præsentatur, cui defunctus non subscripsit nec simpliciter subscribere voluit, a qva omnis prorsus forma ex statutis loci reqvisita abest, qvam heres ab intestato defunctum, qvia, ut voluit, nullam ejus erga ipsum mentionem fecit, constanter servare voluisse justissime dubitare, qvin potius credere potest, qvod ab illa voluit recedere, qvia per integrum vitæ tempus a defuncto impensissime fuit amatus, & qvia solus ac unicus superest ex omnibus suis cognatis?

Negatur in tali casu ad servandum tale testamentum in conscientia heredem ab intestato obligari.

X. Et ex tam incerta, imo nulla defuncti voluntate nullam etiam in conscientia statui posse obligationem, evinci potest magnis & prægnantissimis argumentis, qvorum fundamentum hoc præmittimus, qvod testandi actus in se & sui natura ad actq indifferentes pertineat, circa qvos suprema potestas disponendi facultatem habet, qvid ad validitatem illo-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [81] - 75

rum adhibere velit, ut hoc ipso conscientiæ civium securæ fieri qveant. Jam cum disposuit suprema potestas, nullum valere debere testamentum, cui præscriptæ solennitates adhibitæ non fuerinr, etiam ipsis consuluit conscientiis, qvæ non tenentur admittere imperfectum testamentum tanqvam validum. Hoc ostenso fundamento jam utemur pro negativa sententia seqventibus argumentis (1.) qvod in omnibus natura sua indifferentibus actibus nulla ad ipsos in conscientia oriatur obligatio, nisi vel ex *legis jussu*, vel ex alio *superioris* mandato, vel ex *facto proprio* proveniat, qvorum nihil in testamento imperfecto reperitur. Non enim jussus legis, qvia lex non adsistit testamentis, nisi qvatenus adhibitæ sunt legitimæ solennitates. Non superioris mandatum, qvia defunctus in successorem ab intestato non habet potestatem, & post mortem nemo velle potest, nisi qva juvatur lege, contra qvam qvi vult, necessum est patiatur impune sperni frustra conceptam voluntatem. Non deniqve factum proprium, qvia ab intestato heres nunqvam promittendo se devinxit alteri, ne qvidem tacite, cum non ex voluntate defuncti, sed lege hereditatem deferente succedat, qvæ lex ab omni nexu eum liberat. (2) qvod frustranea foret LL. dispositio, si & invalidum testamentum subsisteret, nisi velles peccare; Qvin si Leges testamentum ob defectum solennium invalidum reddentes, vim non haberent in conscientia, illæ ipsæ iniqvæ essent, nam qvo pertineret gravare Cives solennitatibus, qvibus omissis tamen ex conscientiæ metu præstandum esset, qvod voluit testator præstare (3) qvia statui non potest in conscientia obligatio ex testamento, ubi verum testamentum seu voluntas ejus qvod qvis post mortem suam fieri velit non adest. Tale vero non adest, qvando omnino nihil certi apparet de defuncti voluntate, cujus sermones de faciendo

do teſtamento non ſufficiunt. Alioqvi non difficulter poſt mortem alicujus ſcriptura produci aut teſtes exiſtere poſſent, qvi affirmarent defunctum hæc vel illa voluiſſe, nam per hoc facile vera judicio ſubverterentur, & contra omnem intentionem defuncti heres ſcriptus fingeretur excluſo legitimo herede *§. 1. J. l. 24. ff. de Militari teſtam.* (4) qvia Paulus Gentium Doctor, qvi æqve ex inſtinctu Divini Spiritus qvam dictamine rectæ rationis loqvitur, & ita conſcientiis legem dictitat, teſtamenti valorem non aliter qvam a plenitudine ejusdem celebrat, *ad Galat. III. 15.* ex qvo a contrario Lex nulla conſcientiis dicta erit ad ſervandum teſtamentum, qvod nullum & qvoad voluntatem defuncti imperfectum eſt. Atqve ſic accipio, qvæ pro hac ſententia pluribus adducta a viris tum religioſis tum eruditione ac longa rerum experientia exercitatiſſimis, illuſtribusqve, qvos inter inprimis citandi Magnif. Civitatis hujus Præconſul Dn. Fridrich Gottlieb Engelcke *in Diſp. Tubingæ habita de Faciendi obligatione cap. 2. th. 12. & 13.* Dn. Stryk *de Foro Conſcient. cap. 4. n. 13. & 44. ſeqq.* Mauritius *Conſil. Chilon. P. 2. Conſ. 10. n. 23. ſeqq.* Hilliger *in Donell. Lib. 6. c. 9. lit. a.* Huber. *Digreſſ. Lib. 4. c. 34.* Struv. *in S. J. C. Exerc. 32. th. 16.* Brunn. *Cent. 3. Deciſ. 54. in f.* Lauterb. *Coll. Theor. Pract. tit. qvi teſt. fac. poſſ. §. ult.* Hahn *ad Weſ. d. t. n. 13.* Richter. *Deciſ 62 n. 19.*

XI. Inter Teſtes, qvi in Teſtamento adhiberi poſſunt, etiam Legatarios referri conſtat ex expreſſa Juſtiniani Conſtitutione in *§. 11. J. de Teſtam. Ordin.* qvia, dum totum negotium inter Teſtatorem & heredem agitur, cum legatario nihil vel parum actum erit, ex qvo poſſet dici ipſum in propria cauſa teſtimonium perhibere, niſi ſaltem ſecundario & per conſeqventiam. Qvod jus obtinet, ſive teſtamentum

Veſtes habiles ſunt Legatarii tam in teſtam. ſcripto qvam nuncupativo.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [83] - 77

ſcriptum condatur ſive nuncupativum, qvia in utroqve eadem obtinet ratio, nec Leges inter hæc teſtamenta qvoad Legatarios teſtes diſcrimen aliqvod faciunt *arg. L. 8. ff. de Publ. in rem act.* Reuſner. *de Teſtam. P. 3 cap. 22. n. 12.* Harpr. *ad d. §. 11. J. n. 8.* Huber. *in Præl. J. de Teſt. Ord. §. 16. inf.* An non tamen nuncupativum teſtamentum tunc vitiatur, ſi inter teſtes ſit Legatarius vir ſpectatæ dignitatis & a teſtatore veneratus, qvia, dum percipit qvantum ſibi legetur, ex metu in eundem teſtator facile moveri poſſet, ut plus ei leget qvam alias fuiſſet legaturus, qvod non æqve metuendum in ſcripto teſtamento? Verum præterqvam qvod hic metus reverentialis, ut ſæpe dictum, non ſufficiat ad *validos* actus infirmandos, etiam hoc caſu pro valore teſtamenti nuncupativi militat, qvod in gratiam Teſtatoris introductum, ne teſtes, qvi ſuſpecti eſſe poſſunt, de ejus voluntate doponentes audiantur. Qvando ergo vir ille ſpectabilis ex ipſius teſtatoris voluntate adhibetur teſtis, ei ſuſpectus viſus dici neqvit, aut ſi forte viſus fuit, ex poſt facto tamen ab eo approbatus erit. Proinde ex capite iſtiusmodi metus jam ceſſabit omnis ratio impugnandi teſtamentum. vid. Rebhan. *in Paralipom. Mejerian. ſeu qvæſt. jur. ſelect. Decad. 4. qv. 7. n. 14. ſeqq.* Carpz. *P. 3. C. 3. D. 6.*

An etiam ſi legatarius ſit venerandus & metuendus?

XII. Omnia qvæ de hereditate hactenus diximus, ex paritate rationis etiam ad Legata extendenda ſunt. Nulla ſunt legata, qvæ ex M. R. vim gravioris metus habente relicta. Fiſco cedunt, qvæ defunctus relinqvere prohibitus eſt. In foro conſcientiæ heres obligatus eſt ad præſtanda Legata, ſi de certa Teſtatoris voluntate conſtet, & ſaltem circa ſolennia erratum. Neutiqvam in conſcientia reus fit, qvi ex incerta & dubia Teſtatoris voluntate ea dare recuſat. Cæterum caſus non prætereundus in materia legatorum, ubi M. R. ad

Dicta de Teſtam. ad Legata extenduntur.

ad obtinendum Legatum proficit. Est ille, qvando filius, qvi scribit testamentum patris, ex ejus ore sibi adscribit legatum, & pater istud testamentum subscribit, tunc filius generali ista subscriptione juvatur, ut retineat legatum, qvoniam reverentia eum excusat, ex qva paruisse præsumitur patri L. 1. §. 8. ff. ad Leg. Corn. de falsi. Hahn ad Wes. tit. de his qvæ pro non script. cr. fin. Alias extraneus perdit legatum, licet id sibi testatoris jussu adscripserit, qvia hæc res falsi speciem continet, nisi Testator expressis verbis subscripserit, istud Legatum sua voluntate adjectum fuisse d. L. 1. §. 8. L. 14. pr. L. 15. §. 1. ff. L. 2. C. eod.

Filius jussu patris sibi adscribens legatum non perdit illud.

CAPUT VI.

De Remediis contra Metum Reverentialem.

I.

AD negotium rescindendum, qvod justo metu gestum & exinde gerens læsus est, ex Edicto Prætoris Actio vel Exceptio qvod metus causa datur, qvarum utraqve in rem scripta est, & illa contra metum inferentem & qvem vis rei amissæ possessorem competit ad illam restituendam, aut nisi ad arbitrium judicis restituta fuit ad qvadruplum §. 27. J. de Act. L. 9. §. 8. ff. Qvod met. caus. hæc metu coactis datur contra qvoscunq; ex negotio coacto agentes ad excludendam illorum intentionem L. 4. §. pen. ff. de dol. mal. & met. except. Utrumqve remedium restitutionem in integrum operatur, qva impetrata, gesta in pristinum statum reducuntur ex utraqve parte L. un. C. de Reput. qvæ fiunt in judic. in integr. L. 12. pr. L. 14. §. 7. ff. Qvod met. caus. L. 3. & 4. C. eod.

Ad rescindendum negotium ex justo metu gestum datur actio vel exceptio qvod met. caus.

II. Non

Non æqve ad reſcindendum negotium ex M. R. geſtum

II. Non eodem modo ad reſcindenda negotia ex metu reverentiali geſta læſis ex hoc Edicto Prætoris iſta actione vel exceptione ſuccurritur, qvia metus in qvo hæc remedia ſeſe fundant, debet eſſe verus, juſtus qvi in conſtantem virum cadit, & ab alio illatus, non vanus & qvem aliqvis ſibi ipſi cauſatur, cujus generis metus reverentialis eſt. Dn. Ferdin. Chriſt. Harprecht. *Conſil. Tubing. 34. n. 911. & Conſil. 53. n. 122. ſeqq.* Brunnem. *Conſil. 83. n. 32.* Perez. *ad Cod. de his qvæ vi met. cauſ. n. 7.* Cum tamen hic metus cauſa ſit, qvod qvis ex eo lædatur, & læſum in tali caſu qvodammodo protegat innocentia ſua, videndum an non alio remedio eidem ſuccurri poſſit contra lædentem, adminimum nobili Officio Judicis? Nonnulli ex clauſula generali: *Si qvæ mihi juſta cauſa videbitur L. 1. in f. ff. Ex qvib. cauſ. maj. in integr.* officio judicis læſo ſuccurrendum putant, & utile remedium ex Edicto Prætoris ſeu ex benigna Edicti interpretatione concedunt, qvia etiam in aliis caſibus ex Edicto Prætoris utilis actio datur §. 7. *J. de Act. L. 1. pr. L. 22. ff. de Pignor. L. pen. pr. ff. de Inſt. act. L. 5. §. pen. ff. de Conſt. pec.* & qvia etiam in metu reverentiali non eſt liberrima voluntas. Weſenb. *in Paratit. ff. tit. qvod m. c. n. 3.* Paul. Buſ. *ad L. 3. & 4. ff. d. t. n. 2. & 5.* Hillig. *ad Donell. L. 15. c. 38. lit. m.* Sed his alii contradicunt, qvia leges, qvæ ad reſtitutionem in integrum ex capite metus juſtum & verum metum reqvirunt, manifeſte eluderentur, & ita Edictum Prætoris non rebus ſed verbis ſcriptum eſſet, cum effectus directi & utilis remedii unus idemqve ſit, nec referat an nobili officio judicis an ex Edicto Prætoris reſtitutio fiat Bachov. *in Annot. ad Weſenb. d. t. n. 3.* Manz. *Tr. de reſtit. in integr. tit. 4. n. 31. & 34.* Scheffer. *in qvæſt. jur. practic. p. 2. qv. 2. n. 75.* Tulden. *ad C. tit. de his qvæ vi met.*

An tunc utilis competat Prætoria actio aut officio Judicis ſuccurratur? neg.

met. n. 23. Et horum ſententia uti communis, ita & verior eſt, nam non ſequitur in aliis caſibus ex edicto Prætoris competere *utile* remedium, ergo etiam ad reſcindenda negotia metu reverentiali geſta. Nam in aliis caſibus non apparet diſpar ratio directæ & utilis actionis, in actione vero quod metus cauſa qualitatem metus Prætor deſignavit, quam non habet metus reverentialis, qui item non adeo tollit libertatem voluntatis, uti tollit metus gravis & qui in conſtantem virum cadit. Franciſc. Vivius *Commun. Opin. Lib. 1. verb. contractus n. 3. verſ. contractus metu initus.*

III. Itaque ob ſolum M. R. ad reſcindenda negotia non utilis actio Prætoria competit, nec læſis officio judicis ſuccurritur. Sed quid ſi ultra reverentiam aliud quid concurrat, quod iſtum metum cauſatur, ut minæ, verbera, gravis læſio, aut ſi ſit fœmina quæ M. R. paſſa, de quibus cauſis actum *cap. 2. §. 6. ſeq.* an tunc aliud dicendum erit? & quoniam communiter receptum, iſtas cauſas qualificare metum, ut juſtus reputetur, concedimus reſtitutionem in integrum tunc locum habere, & ad eam impetrandam utilem actionem vel exceptionem quod metus cauſa læſis inſervire Dn. Harprecht. *d. Conſil. 34. n. 310.* Vincent. *de Franch. Deciſ. Neapol. 119. n. 5.* Struv. *Ex. 8. th. 13. in f.* Meier. *Coll. Argent. tit. Quod met. cauſ. §. 16. n. 6.* Lauterb. *Coll. theor. pract. d. t. §. 15. in f.*

Niſi cum reverentia concurrant minæ, verbera &c.

IV. Nec dubitamus tunc hanc utilem actionem qualitatem directæ actionis induere, videlicet quod contra reſtituere nolentem competat in quadruplum *L. 14. §. 1. ff. quod met. cauſ.* & quod ad hoc quadruplum non anno utili, ſed ex nova conſtitutione quadriennio continuo terminetur. *L. ult. C. de Temp. in integr. reſtit.* Gudelin. *de Jure noviſſ. L. 3. c. 14. p. 167.* Sichard. *ad L. 4. C. de his quæ vi met. cauſ. n. 7. ſeq.* Ad ſimplum vero ſeu damni reparationem per triginta annos da-

Et tũc utilis actio quod m. c. intra quadriennium quadrupl. datur.

bitur perſecutio, quia eousque actiones honorariæ quæ rem perſequuntur extenſæ ſunt *L. 35. pr. ff. de O. & A.*

Contra imminens damnum ob M. R utendum proteſtatione.


V. Cæterum re adhuc integra & quandò ex M. R. imminet periculum, ut ſi timendus fidejuſſor a debitore offeratur, tutiſſimum erit interpoſita proteſtatione declinari periculum, quam ſine offenſione admittere tenetur debitor, quia ſemper *melius eſt jura ſua intacta conſervare, quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere, juxta L. ult. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.*

Concluſio.

Nos pedem hic figimus, & Lectoris benevolo judicio has meditationes relinquimus. Si quid parum recte aut parum docte dictum hic fuit, huic ob humanitatis fragilitatem præſidium rogamus, nam nemini ignotum eſſe confidimus, quod *omnium habere memoriam & pœnitus in nullo peccare, Divinitatis magis quam mortalitatis ſit, L. 2. §. 14. C. de V. J. E.* DEO vero pro conceſſis viribus devotas nuncupamus gratias.


FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [88] - 82




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [89] · ·




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [90] · ·




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [91] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [92] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 41;Leibn. Marg. 41, Stück 18, [93] - -

PUBLIC DOMAIN